


IOAN. BAPTISTAE
BERNARDI,

Patricij Veneti,

SEMINARIUM TOTIVS
PHILOSOPHIÆ
APPENDIX,

Recens adiecta, & in lucem edita.

CUM PRIVILEGIO,
Et Superiorum auctoritate.



VENETIIS. MDXCIX.

Apud Hæredes Melchioris Sefsæ.

IOAN. BAPTISTAE
BERNARDI,


Patricij Veneti,

SEMINARII TOTIVS
PHILOSOPHIÆ
APPENDIX,

Recens adiecta, & in lucem edita.

CUM PRIVILEGIO,

Et Superiorum auctoritate.



· VENETIIS, MDXCIX.

Apud Hæredes Melchioris Sefsæ.

IOANNES BAPTISTA BERNARDVS

Ioan. Aloysio filio S. P. D.



VM lucubrationes nostræ in Platonem, & Aristotelem, ac in celeberrimum quemque eorum affectatorem maximis vigilijs elaboratæ denuo typis, in amicorum gratiam excudendæ essent, omni cura, ac diligentia in id incubui, vt à Librariorum iniuria liberæ, ac ab omni prorsus labe expurgatæ in hominum manus peruenire possent: eisque nouam hanc Appendicem addidi, in qua omnes sententias, ac conclusiones, ex infrascriptis veteribus Philosophis collectas, quasi ex atris, obscurisq; tenebris, in apertam, atque clarissimam lucem editas, Doctorum hominum vtilitati, literarum monumentis commendare volui. Et cum tu Ioan. Aloysi fili suauissime is vnus extiteris, cuius causa hæc olim à me elaborata, sub tuo nomine imprimenda curauerim, hanc quoque Seminarij nostri Appendicem tibi vni dicatam ad omnium commodum in apertum prodire decreui, vt si quem ex his meis laboribus fructum studiosi perceperint, totum illum tibi acceptum referant. in hac autem noua editione eundem prorsus librorum ordinem, quem in altera seruare placuit, ne si quis in prima impressione aliquid obseruatione dignum adnotasset, studiorum suorum nullam nos rationem habuisse videremur. Vale.

AVCTORES A QVIBVS OPVS HOC EXCERPSIMVS
sunt hi, qui sequuntur. & cuius impressionis sint.

PYTHAGORÆ Aurea verba, Symbola.
Basilea M D LXI.
Sententia
Thales.
Musi.
Anaxagoræ,
Pythagoræ.
Apollinis.
Thales, aut Socratis.
Solonis,
Aesopi.
Chilonis,
Pittaci.
Biantis.
Cleobuli.
Periandri.
Anacharsidis,
Milonis Chenei.
Epicetici Enchiridium.

Cebetis Tabula.
Simplicij Commentaria in Epicetum.
Arianus Epicetius.
Alter. Hadriani Aug. & Epicet.
Impressa Colonia M D XCVI.
Vna cum Epicetico.
Hieroclis in Aureos Pythagoræ Versus.
Lugduni M D LI.
Auicennæ Logica.
Sufficiencia.
De Cælo, & Mundo.
De Anima.
De Natura Animalium.
De Intelligentijs.
Metaphysica.
Venetijs M D VIII.
Lilius Gregorius Gyraldus in Pythagoræ Symbola.
Basilea M D LI.



IOANNIS BAPTISTAE BERNARDI, PATRICII VENETI

Seminarij totius Philosophiæ

A P P E N D I X.



A Animalibus abstinere.
Pyth. symb. char. 1979.
Ab Animalibus abstinendum, hoc dixit ne homines essent proniores ad effundendum sanguinem, & cædibus abstinere, vel vt ad faciliorem victum, & ad probabiliore cibos assuefaceret, ne igne opus esset ad coquendum, vel abstinendum ab hominibus ratione carentibus. *Lil. Gre. Gyr. in Pyth. symb. char. 175.*

Abstinere à ventre primum, somno deinde, luxuria, & ira. Pythagoræ aurea verba. char. 1978.
Abstractio formæ à materia aliquando est non sine appenditijs, vel aliquibus earum, aliquando est perfecta abstractio, quæ abstrahit intellectam rem a materia, ab alijs appenditijs in materia earum. *Auic. de anim. par. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.*
Accidentia separabilia sunt, quæ destruantur in esse, vt sunt iuuentus, quæ cito destruitur, at accidentia, quæ non destruantur nisi substantia destructa, vt risibilitas in homine. *Auic. log. par. 1. char. 4. col. 2.*
Accidentia quædam concomitantur esse principaliter, & manifeste, non mediante alio accidente, & tunc impossibile est ea remoueri ab esse remanente esse, alia sunt quorum esse accidentis sit alio mediante, quod si non attenditur potuit remoueri à subiecto. *Auic. log. par. 1. char. 4. col. 4.*
Accidentale aliud est proprium naturæ eius de quo prædicatur, aliud commune. *Auic. log. par. 1. char. 6. col. 1.*
Accidentale aliud est proprium, aliud commune, accidentale oppositum est substantiæ. *Auic. par. 1. c. 9. c. 3.*
Accidens inseparabile impossibile est esse inseparabile essentialiter, nisi fuerit inseparabile ab omni eo quod communicat cum eo in specie. *Auic. de anim. par. 4. cap. 2. char. 19. col. 4.*
Accidens potest esse in accidente, vt rectitudo in linea, sed ambo in subiecto sunt. *Auic. metaphysic. tract. 2. cap. 1. char. 74. col. 1.*

Accidentia sunt, quæ constituuntur in corporibus, & quæ pendent de anima, ex habentibus animam. *Auic. metaph. tract. 3. cap. 7. char. 82. col. 1.*
Accidentia alia sunt comitantia, alia non, comitantia, aut comitantur genera generis, si habuerint genera, aut differentias generum, aut ipsum genus, aut differentiam ipsius, aut differentiam ipsius, quæ sub ipso est, aut materiam alicuius eorum. *Auic. metaphysic. tract. 5. cap. 4. char. 89. col. 1.*
Actiones quæ verbis expostæ sunt, non verba ipsa suscipiendæ sunt, & tanquam leges obserua, nec cures quidquid de te dictum sit, non enim id est tui arbitrij. *Epicet. char. 210.*
Actionis omnis præcipuum finem boni adaptionem habet, & malum in actionem obiter incidit, cum non verum bonum desideratur, sed quod videtur esse bonum, & cui coniunctum est bonum. *Simp. in Epicet. c. 116.*
Actionum diuersitas non indicat diuersitatem virum, cum vna, & eadem vis operatur contraria, & vna vis moueat diuersas actiones. *Auic. de anim. par. 1. cap. 4. char. 4. col. 2.*
Actiones omnes animalium attributæ necessario habent instrumenta, ergo sensus & imaginatio sunt ex alia vi materiali, quæ non est vis mouens. *Auic. de anima. par. 1. cap. 4. char. 4. col. 3.*
Actiones, & passionis, quæ eueniunt corporibus, aliquando sunt ex causa extrinseca, & peregrina, aliquando ex se ipsis, quorum quædam instituta sunt ad vnum aliquid, & non declinant ab eo, & quædam sunt instituta ad multa, & ad varios modos, & aliqui omnium horum modorum adueniunt sponte, aliqui non sponte. *Auic. suffic. lib. 1. cap. 5. char. 16. col. 3.*
Actio nulla fit sine agente. *Auic. de anim. par. 4. cap. 5. char. 21. col. 2.*
Actiones proueniunt ex intentionibus particularibus. *Auic. de anim. par. 5. cap. 1. char. 220. col. 3.*
Actionis diuersæ ex diuersis virtutibus sunt, ita vt concupiscentia non patitur ex nocentibus, nec irascibilis ex delictis. *Auic. de anim. par. 5. cap. 7. ch. 27. col. 1.*
Actio quæ non est per voluntatem neq; per electionem, aut prouenit à se ipso, aut a re corporali, quæ differt ab eo, vel à re non corporali quæ differt ab eo, si prouenit à

se ipso, & ipsum conuenit in corporeitate cum alijs corporibus, & differt quia à se prouenit illa actio. tunc intelligitur in sua essentia esse aliquid amplius supra corporeitatem, quod est principium illius actionis ab ipso, & hoc est quod vocatur potentia, at si erit per illud corpus, tunc actio erit per violentiam, & per accidens. si fuerit per rem non corporalem separatam, necesse est vt habeat hoc, vel ex hoc, vt est corpus, vel ex potentia, quæ est in ipso, vel ex potentia, quæ est in illo separato. si vero fuerit ex hoc quod est corpus, omne corpus conuenit in hoc, sed si ex potentia, quæ est in ipso, tunc illa potentia est principium proueniendi illam actionem ab ipso, quamuis discordat à separato, vel per eius adiutorium, ad quod est principium eius primum ab ipso, si autem fuerit ex potentia, quæ est in illo separato, tunc vel ipsamet potentia faciet debere hoc vel propria eius voluntas, & sic ratio redit ad principium. si per voluntatem necesse est, ut illa voluntas sit potius eligens hoc corpus propter proprietatem, qua appropriatur sibi ex omnibus corporibus, vel fortuito quocumque modo euenerit. si fortuito tunc non procedit secundum ordinem sempiternum, & sæpe restat vt sit hoc propter proprietatem, qua appropriatur ei ex omnibus corporibus, vt illa proprietates sit res, à qua volunt esse aduentum illius actionis, deinde necesse est, vt etiam uelint: quia ob hoc, uel illa proprietates facit debere esse actionem illam semper, vel est ex ea sæpe, si semper tunc est principium huius, si sæpe nisi sit impediens, est semper. Auic. metaphysic. tract. 4. cap. 2. char. 85. col. 3.

Actiones naturales, & animales sunt propter finem. Auic. metaph. tract. 8. cap. 3. char. 98. col. 4.

Actionem intelligibilem esse nominatam per finem, nõ est actioni intelligibili, ut intelligibile, sed ut agens intendit finem. Auic. metaph. tract. 8. cap. 3. ch. 98. col. 4.

Acutum omne abs te dimoue. Pyth. symb. c. 1979.

Ad lucernæ lumen ne te speculo contempleris. Pythag. symb. char. 1979.

Adolescens si impregnauerit foeminam, creatura erit debilis cum est prope quatuordecim annos, & senum, quod est in fine annorum 21. melius est. Auic. de animal. lib. 5. cap. 2. char. 34. col. 2.

Adora cum ueneris in templum, nec aliquid interim, quod ad uictum pertineat, aut dicas, aut agas, nec ex itinere præter propositum in templum ingrediendum est, nec orandum, neque etiam si prope uestibulum ipsum transueris. Pyth. symb. char. 1979.

Adora, & sacrificia nudis pedibus. Pyth. symb. ch. 1979.

Adoraturi sedeant, quia sedentes pacatiorem animum habemus, uel totos intentos esse adorationi. Lil. Gre. Gyr. in Pyth. symb. char. 152.

Adora circum actus, quia coelum imitari debemus. Lil. Gre. Gyr. in Pyth. symb. char. 152.

Adora cum ueneris in templum, nec intra aliud facito, id est cum ad uitam sacram ingressi fuerimus, non debemus profanis curis de cætero immiseri. Lil. Gre. Gyr. in Pyth. symb. char. 155.

Adulator, adulter, & parasitus, similis est amico ut lupo cani, caue ne decipiaris. Epict. Sent. ch. 224.

Aedes tabulis ne ornentur, sed modestia, sobrietate, temperantia depingito. Epict. Sent. ch. 224.

Aegyptij mystica naturæ occultata symbolis significabant. Lil. Gre. Gyr. in præfatio, Pyth. symb. ch. 77.

Aegyptij describere coelum uolentes fingebant aspidem, eo quod in girum feratur, & serpentem in figuram temporis, & iram, pingebant craticulam cui ignis suppositus esset, & cor illi impositum. Lil. Greg. Gyr. in præfatio. Pyth. symb. ch. 78.

Aegyptij de piscibus rem sacram non faciebant. Lil. Gre. Gyr. in Pyth. symb. ch. 109.

Aegyptus non uestitur piscibus qui in mare nascuntur,

quia Osiris magnus Aegyptiorum Deus in mare iectus perijt, quod & Syri etiam faciunt. Lil. Gre. Gyr. in Pyth. symb. ch. 108.

Aer facit colorem album non propter commissionem tantum, sed etiam propter permutationem. Auic. de anim. par. 3. cap. 4. ch. 12. col. 2.

Aer cum fuerit translucens in effectu, & colores fuerint colores in effectu, non est necesse aliud ad habendum uisum. Auic. de anim. par. 3. cap. 5. ch. 13. col. 1.

Aeris natura est ut sit calida & humida. Auic. de coelo, & mundo. cap. 16. char. 42. col. 3.

Aetates sunt quatuor, ætas puerorum quæ dicitur cremetalis, durat fere ad annos viginti quinque, etas status usque ad annos 35. aut 40. & post etas diminutionis, & cum remissione uigoris, & dicitur ætas uilis usque ad sexaginta vel prope, & ætas diminutionis cum diminutione uigoris à 60. usque in finem. Auic. de animal. lib. 12. cap. 2. ch. 45. col. 2.

Aetas puerilis diuiditur in nouiter genitam, in ætatem motiuam, & in ætatem ante fortitudinem, & est illa, quæ est dentium platuria, & est ætas ante luxuriam. Auic. de animal. lib. 12. cap. 3. ch. 45. col. 2.

Aeternitas prima est uere æternitas, quia est mensura mensurans per se, & propter hoc ipsa est creans ex tempore, quæ mensurauit ante tempus. Auic. de intellig. cap. 4. char. 66. col. 2.

Affectiones brutæ non statim in omnibus se accommodant, conformant, & tubijciunt rectæ rationi, maxime si tyrannidem occuparunt. Simpl. in Epict. c. 48.

Agitur, & non agit, q sine assensu agit. Simpl. in Epict. c. 23.

Agens est causa quæ acquirit rei esse discretum à se ipso, scilicet vt essentia agentis, secundum primam intentionem non sit subiectum illius esse quod acquiritur ab eo, nec informetur per illud, sed ita vt in se ipso sit potentia illius esse non accidentaliter, & sic oportet vt illud esse non sit ab ipso, in quantum est ipse agens, sed si fuerit sit, quoniam Philosophi non intelligunt per agentem primum motiones tantum ut conaturales, sed principium essendi, & datorem instar creator mundi causatur agens naturalis, non acquirit esse rei nisi motiorem aliquam ex modis motionum, igitur acquirens esse naturalibus est principium motus. Auic. metaph. tract. 6. cap. 1. c. 91. col. 2.

Agens omne cui accidit esse agens indiget materia in quam agat. Auic. metaph. tract. 6. cap. 2. ch. 22. col. 2.

Agens imperfectus indiget motu, & instrumentis ad hoc vt id, quod est in anima eius habeat esse in materia. Auic. metaph. tract. 6. cap. 4. ch. 93. col. 4.

Agens naturalis, vel uoluntarius non potest agere actionem permanentem propter finem post finem, ita vt non cesset apud aliquem finem. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. char. 94. col. 3.

Agens perfectus est cum ex forma, quæ est in eius essentia prouenit esse formæ in suam materiam. Auic. metaph. tract. 6. cap. 4. ch. 93. col. 4.

Agentis vires, & patientis in uniuersitate non sunt ordinatae, scilicet celestes, terrestres, naturales, & animales, nisi vt conducunt ad ordinem uniuersalem cum hac impossibilitate, vt sint id quod sunt, & non inducunt aliqua mala. Auic. metaph. trac. 9. cap. 6. ch. 106. col. 3.

Album transit in nigrum tribus vijs, 1. in subpallidum, & hæc est progressio pura, deinde ad pallidum, & postea ad nigrum, alia via est subrubrum, deinde ad rubrum, & postea ad nigrum, tertia est ad viride, deinde ad indicum, & postea ad nigrum. Auic. de anima. par. 3. cap. 3. char. 111. col. 2.

Aliena non sunt concupiscenda, sua uero custodienda, & in uita uersandum est rationibus hypotheticis, vt esto nox, esto, dies est, non, conclusionem hanc admitti esse noctem. Ar. Epict. lib. 1. cap. 36. char. 90.

Alia quæ sunt genere generalissimo si fuerint in materijs nona

non facit ea debere coniungi posse in una materia, sed quæ sunt alia specie sub propinquis generibus, quæ sunt sub vno generalissimo impossibile est ea coniungi in vno subiecto, & quæ non conueniunt in vno subiecto eodem modo in eodem tempore dicuntur opposita. Auic. metaph. tract. 7. cap. 1. ch. 95. col. 3.

Aliud differt à diuerso, quia diuersum differt à quolibet, aliud est id, quod aliatur essentialiter. Auic. metaph. tract. 7. cap. 1. char. 95. col. 3.

Aliud est oppositum ad idem absolute, & aliud est genere, & specie, & differentia, & accidere, & quod accidente potest esse res, quæ sit aliud à se ipsa duobus modis, vnus vt sit diuersum numero, aliud essentialiter. Auic. metaph. tract. 7. cap. 1. ch. 95. col. 3.

Alteritas non cadit in rebus, nisi ex diuersitate materiarum, aut accidentium, & dispositionum, aut ex diuersitate, quæ est inter uniuersale, & particulare, aut inter abstractum à materia, & receptum in materia. Auic. de anim. par. 5. cap. 2. ch. 23. col. 3.

Alteratio omnis, quæ est per essentiam est secundum vnā contrarietatem tantum. Auic. metaphysic. tract. 8. cap. 2. char. 98. col. 3.

Ambitio dicitur extrema tunica ad perturbandum, quod reliquis perturbationibus ipsa adiutrice exitus animus, hanc postremam exiit, vt tandem ad ipsum bonum nudus perueniat. Simpl. in Epict. ch. 72.

Ambitio fallit imprudentes, & virtutes contaminat. Simpl. in Epict. ch. 183.

Amicitia lex nos coniungit, vt nos ab illis ad augmentum virtutis adiuuemur, & à nobis illæ, & amicis bene mouentibus cedere debemus. Hieroc. ch. 45.

Amicitia habitus est perfectissimus omnium virtutum fructus. Hieroc. ch. 49.

Amicitiam seruare debemus erga omnes homines. Hieroc. char. 50.

Amicitia est concordia. Alter. Had. & Epict. char. 231.

Amicitia utilitas est, duos habere animos, & duo corpora, tum consilia dubijs temporibus, absens adest amico, suauitas maxima cum amico est, fides, & fiducia magna, res lætas amici presentia auget, curas leuat, ibi opes, ubi amicus. Simpl. in Epict. ch. 137.

Amicitia est vinculum virtutum omnium. Simpl. in Epict. char. 138.

Amicum tuum erroris exigui causa, ne aduersum tibi reddas, ferens quoad possis. Pyth. aurea uerba. c. 1978.

Amici multi potius in tua domo sint, quam multi boues. Epict. sent. ch. 224.

Amicos solos bonos hoies facere debemus. Hieroc. c. 42.

Amicus cum amico dimittit, quia in peius se mutauit, id maxime seruare debet ne charitas illa quam secum habuimus ad inimicitiam uertatur, diligenter enim studere oportet, vt ad id quod debet reducat, & laborare, & orare, & omnia conari, vt amicus ad salutem poenitentia reducat. Hieroc. ch. 46.

Amici de pecunia, aut gloria, aut de ijs quæ caduca sunt nunquam inuicem contendere debent, & in summa in omnibus amici tolerandi sunt, nisi in vno, si scilicet in peius traducatur, si à studijs philosophiæ ad aliud male uiuendi genus exercitium transeat omni industria nitentur amicum ad bonos mores reducere, quod si perluadere non possimus pacifice relinquendus est, quin neque inimicum illum faciemus, propter præcedentem amicitiam, neque amicum tenebimus, quia in peius se mutauit, & à uirtute discessit. Hieroc. c. 46.

Amicus est Pomo citreo similis, foris beatus, nam intra peccus acidum occultat malo. Alter. Had. & Epict. char. 233.

Amici sunt veri, qui uere ibi statuunt bonum, ubi libera uoluntas est, & ubi rectus usus uisorum, non enim est amicitia ubi non est fides, uerecundia, communicatio honesti. Ar. Epict. lib. 2. cap. 22. ch. 218.

Amicus fidus pecunioso præferendus est. Simpl. in Epict. char. 101.

Amicis ita uti debemus, vt eos uti nobis volumus, & beneficia, quæ à nobis in illos proficiuntur extenuanda sunt nostra cogitatione, contra amplificanda, quæ illi in nos contulerint: in delictis contrarium faciendum, illorum extenuanda, nostra amplificanda, & proprium nihil existimandum est, & principatu facili cedendum, est enim alter ipse amicus, & cum fieri nequit, vt aliquando non delinquamus, facilis sit ad redeundum in gratiam, & deinde confidat & amicum eandem uoluntatem obtinere, & non solum amico, sed eius necessarijs beneuolentiam, & officia præstanda esse, nec absens amicus minus curandus quam præsens. Simpl. in Epict. ch. 136.

Amicus qui esse uult debet se a uitijs repurgare, & sui similem querere, id quod inuento amplecti quasi dimidio animæ suæ, alterave corporis sui parte reperta. Simpl. in Epict. ch. 139.

Amare debemus bonos, quia perfectionem hominis seruauerunt, propter eorum naturam, & quia recte senserunt, malos uero, quia pro eorum sententia nihil ad electionem amicitia præbuerunt ob solam communem naturam. Hieroc. ch. 49.

Amor est otiosi pectoris molestia, in puero pudor, in uirgine rubor, in foemina furor, in iuene ardor, in senesifus, in derisore delicti nequities est. Alter. Had. & Epict. char. 233.

Angeli nos cognoscunt primo in Deo, deinde in se ipsis inferioris creaturæ causas uidet, & vt unaquæque intelligentia inferiorum se rationes siue definitiones continet, quibus desiderat, & cogitur præbere ministerium. Auic. de intell. cap. 4. char. 65. col. 1.

Angulum quodcunque habet, habet etiam aliquam superficiem sine angulo, & sine lineis. Auic. de anima. par. 3. cap. 6. char. 14. col. 1.

Animalia recuruis unguibus ne nutrias. Pythag. symbola. char. 1979.

Animanti id solum est intolerabile, quod ratione caret, quod habet rationem tolerabile est plagæ suspèdium. Arrian. Epict. lib. 1. cap. 2. ch. 12.

Animal omne noxias res, earumque causas fugit, & aduersatur, uiles uero, & earum causas consecretur, & admiratur. Simpl. in Epict. ch. 56.

Animal non potest habere sensum tangendi, nisi etiam habeat aliquo modo motum uoluntarium, aut in se toto, aut in suis partibus. Auic. de anima. par. 2. cap. 3. char. 7. col. 4.

Animal est in se quoddam, nec est uniuersale, nec singulare: si esset uniuersale oporteret nullum animal esse singulare, & si esset singulare non esset aliud, quam unum singulare, at est quoddam intellectum in mente, quod sit animal, animalitas enim non sit singularis, nisi quia adiungitur illi quicquam, quod facit illam, & similiter est in intellectu, quia non fit singularis nisi addiderit intellectus aliquid per quod fiat singularis. deinde non accidit extrinsecus, ut sit uniuersale, ita ut sit una uerissima essentia, quæ est animal cui accidit in uniuersalibus extrinsecus, ut habeat ipsamet esse in multis, sed in mente accidit huic formæ animalitati intellectæ, ut ponatur comparatio ad multa, & ut ipsius unius formæ comparatio certa ad multa, & ut ipsius unius formæ comparatio certa ad multa, quæ simulantur in illa, intellectus enim prædicat illam de unoquoque illorum. Auic. log. par. 3. ch. 12. col. 1.

Animalitas in se aliquando uocatur forma generalis aliquando intelligibilis, sed ut est animalitas non est genus, nec in intellectu, nec extra, nisi addatur aliquis respectus, aut in intellectu, aut extra. Auic. log. par. 3. char. 12. col. 3.

Animalia, & qui assimilantur eis homines non sequuntur in suis actionibus, nisi extimationis iudicium, quod

quod non habet descriptionem rationalem, sed ad modum adinventionis, quæ est in eius animo tantum, quamvis homini propter consortium rationis accidit aliquid propter quod virtutes eius interiores differunt à virtutibus animalium. Auic. de anima. par. 4. cap. 3. ch. 19. col. 2.

Animalia non solum habent affectus ad suas concupiscentias, sed circa alium ut mulier erga suum partum, ut aliquem exire è carceribus, quæ est affectus concupiscentiæ virtutis imaginatiuæ. Auic. de anima. par. 4. cap. 4. char. 20. col. 2.

Animal cum vult aliquid percipere se velle, aut imaginatur id, & hoc velle non habet ex aliqua virtute apprehendentium, nam virtutes apprehendentes nil aliud faciunt, quam indicare, uel apprehendere sensu, uel existimatione sed differt, quia homo imaginatur cibum, sed in tempore famis, non vult autem in tempore satiatis. Auic. de anim. par. 4. cap. 4. c. 20. col. 2.

Animalia, & præcipue aues habent artes, constituunt enim casus, uel nidos quod non fit inueniendo, nec meditando, sed secundum instinctum naturale insitum unde non uariantur, nec differunt. Auic. de anima. par. 5. cap. 1. ch. 22. col. 2.

Animal omne amat naturaliter esse id, quod delectat, & eius permanentiam. Auic. de anima. par. 3. cap. 1. char. 22. col. 3.

Animal omne cognoscit animam suam unam esse, quæ est imperans, & regens suum corpus. Auic. de anima. par. 5. cap. 4. char. 25. col. 2.

Animalia partes aut sunt humidæ, ut sanguis, pinguedo, medulla, sperma, & humores: aut duræ ut nerui, uenæ, ossa, capilli, cartilagine, & cornua. Auic. de animalib. lib. 1. char. 29. col. 1.

Animalia quædam communicant in membris, ut equus, & homo ut in neruo, & carne: alia non communicant, uel in membro simplici, uel in composito. secundum exemplum homo non habet caudam, equus habet, primi ut testudo habet concam, eritius spinas. Auic. de animalibus lib. 1. char. 29. col. 1.

Animalia differunt in habitudine, quantitate ut os, oculi, niçtoris magnum, in aquila paruum, qualitate colore, & figura, mollitie, & duritie, situ ut in mamillis elephantis, & equæ, actione ut elephans naribus accipit, in passione ut oculi vespertilionis debiles, hirundinis contra. Auic. de animalib. lib. 1. ch. 29. col. 1.

Animalia alia sunt aquea alia agrestia. Auic. de animal. lib. 1. ch. 29. col. 1.

Animalium in omni specie sunt quædam agrestia. Auic. de animalib. lib. 1. char. 29. col. 2.

Animal omne cum sit substantiæ humidæ, & in eo sit calor dissoluens humidum, & aer calidus circumstant, necesse habet nutrimento, & ideo indiget membris nutritiuis. Auic. de animal. l. 1. char. 29. col. 2.

Animalia habent ossa pro sustentamento corporis, & fundamentum suorum motuum, & cartilago composita est ex carne & ossæ, quia si ossa immediate tangerent carnem, tunc læderetur caro, & sustentant musculos in eo loco ubi non conueniebat facere ossa. Auic. de animal. l. 1. ch. 29. col. 3.

Animalia quadrupeda figunt pedes anteriores indifferenter præter leonem, & camelum, qui figunt semper pedem dextrum prius. Auic. de animalib. lib. 1. char. 29. col. 4.

Animal omne mouet aurem præter hominem, & quidam homines mouent, sed raro: & omne animal habet aures præter pitices squamosos, & quædam animalia aquea, & quædam aues, & quod facit sibi simile habet aures præter viperas & delphinum. Auic. de animalib. lib. 1. char. 29. col. 4.

Animal omne inspirans habet pulmonem, & conuertitur. Auic. de animalib. lib. 2. cap. 1. char. 100. col. 3.

Animal omne habet sanguinem habet cor, & diaphragma. Auic. de animalib. lib. 2. cap. 1. c. 30. col. 3.

Animal habens sepum, & zirbum, habet cerebrum pingue, & quod non habet cerebrum non habet medullam vinctuosam. Auic. de animal. lib. 2. cap. 1. c. 43. c. 3.

Animalia, quæ ouant non habent renes, nec vesicam. Auic. de animal. lib. 2. cap. 1. ch. 30. col. 4.

Animal omne habens cornu, & non habens dentes superius, ruminat, & habent vnum magnum uentrem, & tres uetres, & unum illorum trium est longius, & alter amplus, & suus terminus est cum intestinis. & alij sunt æquales, & sunt leues, & habent multos uentres, quia ei est necessaria multifaria digestio. Auic. de animal. lib. 2. cap. 1. char. 30. col. 4.

Animalia, quæ habent squammas, & non faciunt oua, nec generantia animal non habent pilos, & animal quod habet pilos si est pinquior, plures habet pilos. Auic. de animal. lib. 3. cap. 2. ch. 31. col. 4.

Animal omne sanguineum, & quod generat animal habet quinque sensus, nisi quoddam genus muris, cuius oculi sunt cooperti sub corio, & habet pupillam, & coronam, & albedinem. Auic. de animalibus lib. 4. cap. 2. char. 33. col. 2.

Animalia etiam alia præter hominē somniant, sed quæ fauent oua, & quod est testæ mollis vnicum faciunt somnum. Auic. de animalib. lib. 4. cap. 3. char. 33. col. 3.

Pueri non somniant recte ante quartum annum, & quidam non, ante quam sit magni, & quidam nunquam. Auic. de animalib. lib. 4. cap. 3. char. 33. col. 3.

Animal omne habet sanguinem, & quod ambulat, dormit, & uigilat, & quod habet palpebras eas cum dormit claudit. Auic. de animal. lib. 4. cap. 3. c. 33. col. 3.

Animal bipes nullum generat sibi simile, præter hominem. Auic. de animalib. lib. 5. cap. 1. c. 33. col. 4.

Animal omne impinguatur propter delitiosum & moderatum exercitium præter porcum, qui impinguatur propter stare in luto, quia pori clauduntur & nihil de eo potest euaporare, & sua natura præliatur cum lupo & odit eum. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 1. c. 36. col. 4.

Animalia sale impinguantur, quia facit ea bibere multum: & in habentibus lac sale comesto abundant late, in autumno aqua stans est melior corrente. & quæ pascuntur in montibus, sunt melioris saporis in suis carnibus, quam ea quæ pascuntur in planis, & quæ habent caudam magis amplam melius patiuntur frigus, quam quæ habent longam, & quæ habent lanam crispam magis timent frigus, & pannus contextus ex lana eius, qui comestus fuit a lupo, facit pediculos multos. Auic. de animal. lib. 8. cap. 1. ch. 36. col. 4.

Animalia omnia magis impinguantur cum uadunt de calido ad frigidum, quam de frigido ad calidum. Auic. de animal. lib. 8. cap. 2. char. 37. col. 1.

Animalia habent suas proprias ægrotudines, ut porci squinantia, & apostemata dura, & dolor capitis, & grauitas in interioribus, canes habent squinantiam, podagram, & rabiem: elephanti accidunt uetosa infirmitas, & fluxus ventris, uaccis accidunt podagra, dolor capitis, & si ungantur corrua auferunt illa ægrotudo, & uehemens inspiratio, & uidentur febricitare, & cadunt suæ auriculæ, & non possunt comedere & moriuntur. Auic. de anim. lib. 8. cap. 2. c. 37. col. 3.

Animalia omnia nascuntur cum dentibus, præter hominem, & si tardus est partus aliquando oritur cum dentibus. Auic. de animal. lib. 9. cap. 1. ch. 44. col. 2.

Animalia aquosa, quæ habent sanguinem subtilem sunt timida, quæ spissum magis audacia sunt. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 6. char. 46. col. 2.

Animal omne carens sanguine contentum est pauco cibo. Auic. de animalib. lib. 14. cap. 1. c. 54. col. 3.

Animal nullum habens soleam in pedibus mingit post. Auic. de animal. lib. 14. cap. 7. char. 58. col. 2.

Animal

Animal omne completum præter hominem, habet caudam. Auic. de animal. lib. 14. cap. 7. ch. 58. col. 2.

Animal omne agreste habens sanguinem habet linguam non ligatam. Auic. de animal. lib. 14. cap. 7. ch. 58. c. 3.

Animal omne non indigens masticatione, ut aues non hêt in inferiore mandibula dentes nisi vnum motum, & omne animal mouet mandibulam inferiorem, quoniam superior fatigaretur, quia membra multa continentur cum illa. Auic. de animalib. lib. 14. cap. 7. char. 58. col. 3.

Animalia omnia sanguinea, quæ ambulat, vel volant, aut saltant, sunt diuersa per masculinum, & foemininum, & inter illa est luxuria, & si non pariunt sibi simile essent de numero generantium sibi simile. Auic. de animal. lib. 15. cap. 1. ch. 59. col. 2.

Animal generans in alio est masculinum, & generans in se per aliud ad complementum, vel partes complementi est foemininum. Auic. de anim. l. 15. cap. 1. c. 59. c. 2.

Animalium, quæ faciunt oua, quædam sunt, quæ complent intra, quædam ponunt intra, & emittunt foras, & quædam complent ex toto foras. Auic. de animal. lib. 15. cap. 2. char. 60. col. 1.

Animal completum est, quod completur in caliditate, & humiditate, licet non compleatur in magnitudine, Auic. de animal. lib. 16. cap. 1. ch. 61. col. 1.

Animalia, quæ non habent matricem, sed imprægnantur sub diaphragmate, receptio spermatis non fit per attractionem, sed per projectionem. Auic. de animal. lib. 16. cap. 1. ch. 61. col. 2.

Animalia multa diuersarum specierum inter se luxuriat cum mora, & tempus imprægnationis erit eadem, vel propinqua. Auic. de animal. lib. 16. cap. 2. ch. 61. col. 4.

Animal nunquam inuenitur sine corde, sine epate inuenitur. & quod habet vngulam integram, paucos habet filios. Auic. de animal. lib. 18. cap. 1. ch. 63. col. 2.

Animal acceptum ab accidentibus suis est res naturalis, acceptum vero per se est natura de qua dicitur, quod esse eius prius est, quam esse naturæ, ut simplex prius est composito. Auic. metaph. trac. 5. cap. 1. c. 87. col. 2.

Animal cum cadit super indiuiduum in quo sunt accidentia multa, fit ex illa collectione animal signatum, Auic. metaph. trac. 5. cap. 4. ch. 88. col. 3.

Animalis differentia non est sensus, sed vna de partibus differentie, & vnum de comitantibus eam: eius autem differentia est esse animæ, quæ est principium omnium istorum illi, Auic. metaph. trac. 5. cap. 5. ch. 89. col. 2.

Animalia vnguicuria, vel vncunguia non nutrienda, id est homines rapaces fugere debemus, nec domi familiares habendi sunt. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ Symb. char. 100.

Animi mors est impietas, & ignorantia, quæ immensas in vita hominis gignit passiones, nã qui meliora ignorat, peioribus seruire necesse est, à quibus quis liberari non potest aliter, quam per recordationem intelligendo reductur ad Deum. Hieroc. ch. 18.

Animus noster, nisi virtute præditus pulchritudinem veritatis conspiciere nequit, ut oculus lippus res nimium lucentes discernere non potest. Hieroc. ch. 13.

Animus nostrum qui mortalem putant astute potius, quam vere loquuntur, cum dicant virtutem amare, nam si post mortem nihil nostri remaneret, quod naturaliter virtute, & veritate ornaretur, ut rationalem animum esse dicimus, nullus certe appetitus rerum optimarum purus, & simplex in nobis esset, nam illa opinio à nobis omne studium virtutis eripit, & ad corporis voluptates intrudit. Hieroc. ch. 65.

Anima est, quæ corpore utitur, & corpus instrumenti vice est. Hieroc. ch. 98.

Animam iudices qui apud inferos sunt, secundum veritatem iudicabunt, nec eam omnino inurire debere, sed malam esse, & malam curabunt, & pro eius salute

medicorum more ferro, & igne mala vlcera curantium peccatorum culpas exigent. Hieroc. ch. 105.

Animus corpore utitur, corpus animo vsum præbet, cuius curam habere oportet. Hieroc. ch. 115.

Anima lauiticie delicata fit, & mollitie, ut nimia parcitas sordidam, & immundam. Hieroc. ch. 122.

Anima cum ratione & stultitia plena fit, tunc solum inseparabiliter priori intellectui a deesse poterit, cum purificata passiones, quæ post illam erunt pure attingit; erit enim pura, si neque stultitia aliqua, neque voluntate corporis conducatur, ut alia alio loco, aut tempore curet, immo tantum indulgebit, quantum Diuina lex iusserit. Hieroc. ch. 136.

Animus duplici virtute eget, ciuili, quæ supprimat, & corrigat, & deordinat dementia, & affectiones hominum, inspectiua, quæ superiorum bonorum societatem nobis exhibeat. Hieroc. ch. 136.

Animus rationalis in se persistens, triplicem habet potestatem, nam habet aliquid, per quod addiscimus, quod nunc ut hæc meditemur, præcipit: habet aliud per quod, id quod addiscit retinemus, quod in his ut labore impedamus hortatur: habet tertium per quod intellecta, & retenta complectitur: & amamus, quod in hoc ut amemus mouet. Hieroc. ch. 133.

Animus, qui a recta ratione, & propinquitate Dei decedit, non consequitur vera bona. Hieroc. ch. 166.

Animi rationalis purificatione fit, ut providencia splendidum corpus leuius factum ad superiora conuolandum impedimento non sit. optima autem eius subleuatio est paulatim se curare, à rebus terrenis segregatum iri, ac rerum perpetuarum, quæ materia carent, frequenti consuetudine exercitium habere, & sordes relinquere, quibus iam pollutum fuerat propter conjunctionem quam cum mortali corpore acceperat. Hieroc. char. 181.

Animi rationalis purgatio sunt disciplinæ mathematicæ, liberatio prudens rerum omnium aspectus. Hieroc. c. 185.

Animum solum qui curat, & corpus negligit, non totum hominem curat, & qui corpus solum neglecto animo curat, tantumdem peccat, qui vtrumque curat huic sacrorum scientiæ philosophia adiungit, & hanc sacram rerum actionem appello potentiam purificandi corpus splendidum, ut totius philosophiæ inspectiuum, & consideratum sit dux intellectus, ciuile vero, & practicum, ut potentia sequatur. Hieroc. ch. 186.

Animi morbus est appetere, quæ fieri nequeunt, & altera mala non recordari. Biantis prob. ch. 236.

Animus efferri non debet ob ullam alienam præstatiuam, sed facere ut opera consentiant cum rectis opinionibus, & appetitionibus, & sic aliquo suo bono lætabitur. Epiçt. ch. 50.

Animantium generi omni natura insitum est, ut ea quæ nocitura videantur, earumque causas fugiant, & aduersentur, contra vtilia, & earum causas prosequantur, & admirentur. Epiçt. ch. 142.

Animus, virtuti familiaris perenni fonti similis est, qui puram, potabilem, placidam, salubrem aquam suppeditat. Epiçt. sent. ch. 219.

Animus curandus potius, quam corpus, in cõiuijs meditare quæadmodum hæc duo tractes animū, & corpus, quod corpori dederis, statim effunditur, quod animo perpetuo conseruatur. Epiçt. sent. ch. 221.

Animus dominatur corpori, & ijs quæ corpori adiuncta sunt, voluntatis expertia. Epiçt. sent. ch. 222.

Animi magnitudine, clementia, & humanitate nihil præstatius, nihil minutius auaritia, arrogantia, voluptate. Epiçt. sent. char. 224.

Animo mederi magis necessarium est, quam corpori. Epiçt. sent. char. 226.

Animi affectiones auferuntur si habitum non alimus, nec aliquid adijciatur, quo augeatur, primo dinumeranda dies,

dies, unde ira loquar, quibus iratus non fuisse, irasci quotidie solebas, nunc alternis diebus, deinde post biduum, & post triduum, quod dies triginta intermissis rem diuinam facito, remollescet habitus deinde penitus tollitur, & vt in febre, si quis febricitauit, quamuis febris desierit, restant quædam residua, quæ & in affectionibus relinquuntur, quæ si probe non deleberis flagello in eisdem rursus impacta vlcera contrahas. Ar. Epiet. lib. 2. cap. 18. char. 191.

Animi impuritas, est in prauis posita opinionibus, purgatio, rectis in ferendis, est autem animus purus, qui decreta hêt, qualia debet. Ar. Epiet. lib. 4. c. 11. c. 444.

Animi motus ante appetitum, & declinationem Stoici spectauerunt, & conatus, & conatus causam declinationi præposuerunt. Simpl. in Epiet. char. 8.

Animus voluptatibus inescatus cum aliquod falsum boni simulachrum animaduertit, incidit in errores, & multas molestias consequitur. Simpl. in Epiet. char. 12.

Animus voluptatis illecebris impulsus, à molestia concomitatur, ideo bonum animi proprie est virtus, quæ ideo dicitur ἀρετή, quia sit optabilis. Simpl. in Epiet. char. 12.

Animus est sibi ipsi causa habitus melioris, & deterioris. Simpl. in Epiet. char. 18.

Animi libertas non in omnibus metienda est, quod contraria facere potest, nam animi bono semper affixi, & bonum semper amplectentes, bono suo semper inhaerent, nec ad contrarium vnquam abstrahuntur. Simpl. in Epiet. char. 19.

Animi nostri cum boni sunt bona appetunt, cum mali mala, & si curantur a vitio ad virtutem transeunt, & si negligantur a virtute, ad vitium. Simpl. in Epiet. char. 19.

Animum qui malus esse potest, fecit Deus qui bonus est, & ob id non credendum Deum vitij causam esse, nec malum fieri passus esset, nisi animus ipse sic voluisset. Simpl. in Epiet. char. 19.

Animus rationis particeps ortus, & interitus expers sit, licet Stoici aliter de eo sentiât. Simpl. in Epiet. char. 19.

Animi libertatem qui tollunt non considerant vim assensionis, & negationis, quis enim in se ipso non cognoscit se velle, & nolle? assentiri, & refragari, tollit etiam discrimen vitiorum, & virtutum laudem, & vituperationem, præmia, & poenas, delectum, & consilium. Simpl. in Epiet. char. 22.

Animus, nec corpus subitas mutationes sine perturbatione fert, Simpl. in Epiet. char. 42.

Animi maxime exercentur cum facillime perferunt aduersa, vt corpora vehementissimis motibus ad valetudinem, & celeritatem acquirendam vtantur, si recte de ijs sentimus, & præparati ad ea simus. Simpl. in Epiet. char. 47.

Animæ brutorum mediæ sunt inter stirpium, & hominum animas. Simpl. in Epiet. char. 59.

Animus particeps rationis per se mobilis, & appetitionis, & affectionis suæ plane dominus, ea est dignitate, quam a libera voluntate consequitur, corpore autem vtitur, & affectus habet, quod ad ipsum referatur is pro instrumento vtitur corpore, seiunctus ab eo, & supra id eminens, tum noxæ corporis impediunt animi actiones, quæ per corpus fiunt, nullis tamen ipsum animum afficiunt malis, at si maiori necessitudine quam par sit contracta non vt instrumentum, sed vt sui partem corpus amplectitur, tunc passionibus inferuens prorsus corrumpitur, & morbis animi laborat. Simpl. in Epiet. char. 60.

Animus appetitu voluptatis, & externorum bonorum vitiat, debet purgari earundem rerum frustratione, & in primis corporis doloribus. Simps. in Epiet. char. 60.

Animus nullus clauus ita fortiter affigit, quam voluptas, & voluptatis illecebre: at bonus medicus ea qui-

bus inhiat animus cum molestijs offerendo, eadem vt aueretur, facit. Simpl. in Epiet. ch. 60.

Animi retrahuntur a voluptate metu doloris, ante potentis discessum a corpore. Simpl. in Epiet. char. 60.

Animos humanos Deus sic fecit, vt vires etiam illis addidit, quibus instructi, absque noxia vti rebus terrenis, tam allicientibus, quam terrentibus, easque superare possent. Simpl. in Epiet. ch. 63.

Animus humanus in medio est eorum, quæ semper sursum, semperq; deorsum sunt. Simpl. in Epiet. char. 68.

Animi motionem internam esse delectum, & voluntatem, & a re nulla externa cogi, perspicuum est. Simpl. in Epiet. char. 122.

Animum delectu, & voluntate sua nunc præstantius eligere, nunc deterius præstantiori præferre est clarum. Simpl. in Epiet. char. 122.

Anima est mali causa, quia malum boni specie amplectitur. Simpl. in Epiet. char. 123.

Anima delectum non haberet, si Deus non permisisset bonum, vel malum amplecti posse, qua voluntatis libertate nihil datum est excellentius. pugnant enim inter se Delectus, & Necessitas. Simp. in Epiet. c. 123.

Animi libertate sublata, omnes virtutes vna tolli necesse est, & totam formam humanam, esset enim angelicus, vel diuinus. Simp. in Epiet. char. 123.

Anima est quæ intrinsecus mouet, ergo per se mouetur, & est principium eorum, quæ oriuntur, & mouentur. Simpl. in Epiet. char. 152.

Anima vt prædita sunt corpora inferiora, & etiam superiora anima prædita sunt, nam coelestes animæ eorū causæ sunt, quæ infra Lunam sunt, sed sicut, & mouētes, & mobiles, at prima causæ per se ipsam mouetur, & immobilis est, mutatur tamen non essentia ratione, sed secundum actiones, non corporis motibus, sed considerat, deliberat, cogitat, opinatur, sed ante id est id quod nullo modo mutatur, cuius vna eademque ratio perpetuo est, in quo sunt formæ, & species omnium rerum. Simpl. in Epiet. char. 156.

Animæ naturæ contrariæ sunt affectiones, videlicet iniuria, luxuria, auaritia, contumelia, suntque vitia animorum, quæ qui alit, nec medicinam adhibet, malitiam auget, at si muneribus delinitus facit, vt etiam mediocribus hominibus deterior habeatur, hæc non est medicina. Simpl. in Epiet. char. 163.

Animi perfectionis principium, & finis est ad Deum conuersio, cum & Deum esse, & consulere rebus humanis, & bene, & iuste omnia gubernare credimus, & vltro cedimus ijs, quæ ab ipso geruntur. tanquam ab optimo consilio profectis. Simpl. in Epiet. char. 166.

Animo vtilior est continentia libidinum, quanto ea voluptas maior est ceteris. Simpl. in Epiet. char. 180.

Animo maxime nocet corporis voluptas clauus enim animo affigit, iō eā Deus fecit breuē. Simp. in Epiet. c. 190.

Animus bifariam læditur, aut cum brutis affectibus affigit, aut cū seipsum suo iudicio corrupto nō discernit, vt diuersum a brutis affectibus. Simpl. in Epiet. c. 195.

Animū nutriūt cōcocti sermones, & frugiferi inde sermones efflorescūt, simile. n. est hōi vomēti nō cōcocta pferre sermones, quæ audieris, sed nō ex animo protuleris, & doctrina confirmato. Simp. in Epiet. c. 205.

Animi humani perfectio omnis est conuersio ad Deum. Simpl. in Epiet. char. 218.

Animæ scientia maius adminiculum est ad cognoscendas dispositiones corporales, quam corporis adminiculum ad cognoscendas dispositiones animales. Auic. de anima. ex proem. char. 1. col. 1.

Anima potest dici vis, vel potentia comparatione affectionum, quæ emanant ab ea, & comparatione formarum sensibilibus, & intelligibilibus, quas recipit. & pōt dici forma cōparatione et materiæ in qua existit, ex quibus constituitur substantia vegetabilis, & animalis,

malis, potest etiam dici perfectio, quia per illam perficitur genus, & habent esse species. Auic. de anima, par. 1. cap. 1. char. 1. col. 2.

Animæ nomen imponimus omni eo, quod est principium emanandi a se actiones, quæ non sunt vnus modi, & sunt voluntariæ. quod nomen animæ non est ex eius essentia. Auic. de anima, parte prima, cap. 1. chart. 1. column. 2.

Animæ definitio recipit corpus, prout opus recipitur in definitione artificis. Auic. de anima, parte 1. cap. 1. char. 1. col. 3.

Anima forma est, quia habet esse in materia. Auic. de anima, par. 1. cap. 1. char. 1. col. 3.

Anima est principium motus, & apprehensionis, apprehensionis, vt habet principium recipiendi motus, vt habet principium agendi. Auic. de anima, par. 1. cap. 1. char. 1. col. 3.

Anima est perfectio corporis naturalis ex quo emanant eius perfectiones secundæ propter instrumenta, quibus iuuantur ad opera vitæ, quorum primum est nutrimentum, & augmentum, ideo anima, quam inuenimus in animali, & vegetabili, est perfectio prima corporis naturalis instrumentalis habentis opera vitæ. Auic. de anima, parte prima, capit. 1. chart. 2. column. 1.

Anima est principium, & vegetationis, est enim causa, vt qua vegetabile, & animale, sunt illius complexionis, quam habent. Auic. de anima, parte 1. chart. 3. column. 3.

Anima est constituens suum proprium subiectum, & dat ei esse in effectu. Auic. de anima, parte prima, chart. 3. column. 3.

Anima cum separatur a corpore, accidit ei forma animalitatis, quæ est sicut opposita formæ complexionis, quæ est congrua animæ. & destruitur species, & eius subiectum, & anima substituit in eo aliam formam, propter quam remaneat materia in effectu in sui natura, & illud corpus habebit aliam formam, & alia accidentia. & peribunt aliquæ partes, & separabuntur a substantia, postquam mutatum est totum, & post animæ separationem non erit seruata essentia materiæ. sed quæ erat subiectum animæ, sit nunc subiectum alterius ab illa, ergo anima non est in corpore, vt in subiecto, ergo est substantia. Auic. de anima, parte 1. cap. 3. char. 3. col. 3.

Anima vegetabilis non est in causa, vt corpus sentiat, sed sensibilis. Auic. de anima, parte prima, cap. 3. chart. 3. col. 4.

Anima vegetabilis non est nisi in rebus vegetabilibus, & intellectus, in quo conueniunt anima vegetabilis, & sensibilis, sic est in vegetabilibus, vt in sensibilibus, & eius esse, est vt esse rei vniuersalis in rebus. Auic. de anima, parte prima, capit. tertio, chart. 3. column. 4.

Anima vegetabilis sola non facit corpus animale, sed opus est instrumentis sentiendi, & motus, quæ proueniunt ab anima sentiente. Auic. de anima, par. 1. cap. 3. chart. 3. col. 4.

Anima, quæ est in animali congregat principia, siue materias sui corporis, & componit eas eo modo quo merentur fieri corpus eius, & seruat hoc corpus quod non dissoluitur, donec in ipso est anima. Auic. de anima, parte tertia, capit. tertio, chart. 3. column. 4.

Anima est continens vires sentiendi, & vegetandi cum ipsa sit vna, & sine illa hæc esse non possunt. Auic. de anima, par. 1. cap. 3. char. 4. col. 1.

Anima est perspectiua corporis in quo est, & asseruatiua eius iuxta ordinem ipsius, quod naturaliter debet dissolui, & dispergi, & conseruat rem, quæ

est præter naturam eius. Auic. de anima, par. 1. capit. 3. chart. 4. column. 1.

Anima est perfectio subiecti, quod est constitutum ab ea, & constituit, ac perficit eam. Auic. de anima, par. 1. cap. 3. chart. 4. col. 1.

Animæ actiones diuiduntur, in quibus conueniunt vegetabilia, & animalia, vt nutrire, & generare, & sentire, imaginari, & mouere voluntaria, in quibus conueniunt animalia omnia, aut plura ex eis, & percipere intelligibilia, inuenire artes, meditari de creaturis, discernere inter pulchrum, & foedum, in quibus homines versantur. Auic. de anima, par. 1. cap. 4. char. 4. col. 3.

Animæ sensibilis vis motiua, quæ imperat motui est vis appetitiua, & desideratiua, quæ vis cum imaginatur, forma, quæ appetitur, aut respicitur, imperat aliæ virtuti mouenti, vt moueat: vna vocatur vis concupiscibilis, alia vocatur irascibilis. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 4. col. 4.

Animæ sensibilis vis concupiscibilis est vis moueri imperans, vt appropinquatur ad ea quæ putantur necessaria, aut vtilia appetitui delectamenti. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 4. col. 4.

Animæ sensibilis vis irascibilis est vis imperans moueri ad repellendum id, quod putatur nocuum, aut corrumpens appetitum vincendi. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 4. col. 4.

Animæ sensibilis vis motiua, vt efficit motum est vis infusa neruis, & musculis, contrahens chordas, & ligamenta coniuncta membris versus principium, aut relaxans, & extendens in longum, & conuertens chordas, & ligamenta e conuerso contra principium. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 4. col. 4.

Animæ sensibilis vis apprehendens est duplex, alia apprehendit de foris, alia ab intus, quæ apprehendit a foris sunt quinque sensus. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 4. col. 4.

Anima vegetabilis est prima perfectio corporis naturalis instrumentalis, ex hoc quod generatur, augetur, & nutritur. Auic. de anima, parte prima, cap. 5. chart. 4. col. 4.

Anima sensibilis habet duas vires motiuas, & apprehendentem, motiua aut est mouens, vt imperata motui, aut quia efficit motum. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 4. col. 4.

Anima vegetabilis habet tres vires, nutritiuam, quæ est vis conuertens corpus a corporeitate, in qua erat in similitudine corporis, in quo est, & vnit ei pro restitutione eius, quod solutum est ex illo, aliam augmentatiuam, quæ est vis augens corpus, in quo est ex corpore, quod ipsa assimilat illi augmento proportionali in omnibus suis dimensionibus, quæ sunt longitudo, latitudo, & spissitudo, & perducit ad perfectionem: tertia est generatiua, quæ est vis accipiens de corpore, in quo est partem illi similem in potentia, & operatur in ea per attractionem aliorum corporum, quæ illi assimilant generari, & commisceri, & conuertit illam in similitudinem ipsius in effectu. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 4. col. 4.

Anima sensibilis est perfectio prima corporis naturalis instrumentalis, secundum quod apprehendit particularia, & mouetur voluntarie. Auic. parte prima, cap. 5. char. 4. col. 4.

Anima humana est perfectio prima corporis naturalis instrumentalis, secundum quod attribuitur ei agere actiones, electione, deliberationis, & inuenire meditando, & vt apprehendit vniuersalia: perfectio sumitur in diffinitione animæ, non autem in diffinitione virtutis animæ. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 4. col. 4.

Animæ sensibilis vis apprehendens ab intus, aut apprehendit formas sensibiles, aut intentiones sensibilibus, & harum alia apprehendit, & operatur simul, & alia apprehendunt, & non operantur, & quædam apprehendunt principaliter, alia secundario. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 45. col. 1.

Animæ rationalis humanæ vires diuiduntur in virtute sciendi, & virtute agendi, & vnaquæque vocatur intellectus æquiuoce, vel secundum similitudinem. Auic. de anima, parte prima, capit. quinto, chart. 5. column. 2.

Animæ rationalis humanæ vis actiua est illa, quæ est principium mouens corpus hominis ad actiones singulas, quæ sunt propriæ cogitationis, secundum quod intentionibus conuenit ad placitum, quæ appropriantur ei. Auic. de anima, parte 1. capit. 5. chart. 5. column. 2.

Animæ rationalis humanæ vis contemplatiua est illa, qua habet anima propter debitum quod debet ei, quod est supra ipsam, vt patitur ab eo, & perficiat per illud, & recipiat ex illo, tanquam anima nostrâ habeat duas facies, vnam deorsum ad corpus, quam oportet nullatenus recipere, aliam affectionem generis debiti naturæ corporis, aliam faciem sursum versus principia altissima, quam oportet semper recipere aliquid ab eo, quod est illic, & affici ab illo, & ex eo quod est infra eam generantur mores. Sed ex eo quod est supra eam, generantur sapientiæ, & hæc est virtus actiua, contemplatiua autem est virtus, quæ solet informari à forma vniuersali nuda à materia. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 5. col. 5.

Animæ humanæ non pendet ex corpore, sed habet se ad corpus, vt forma. Auic. de anima, parte 2. cap. 1. char. 6. col. 3.

Animæ cum occupata fuerit circa interiora, non solet curare de exterioribus, quantum deberet, & cum occupata fuerit circa exteriora, prætermittit virtutes interiores. & sic de alijs potentijs, & cum est se data, vt est separata accidit, vt operetur. Auic. de anima, par. 4. cap. 2. char. 18. col. 1.

Animæ necessaria sunt virtutes interiores ad recipiendum origines absentium duobus modis, vno, vt imaginetur in illis intentio visa stabiliter, alio vt sint vt iuuant, & deseruiunt ei ad eius libitum non impediunt eam, necque trahunt eam post se. Auic. de anima, par. 4. cap. 2. char. 18. col. 4.

Animæ humanæ maiorem habent comparationem cum substantijs angelicis, quam vnum corporibus sensibilibus, & non est illic occultatio aliqua nec auaritia, sed occultatio est secundum receptibilia, aut quia sunt infusa corporibus, aut quia sunt inquinata ab his, quibus deprimuntur deorsum. cum autem occantur ab his actionibus merentur videre, quod est illic. Auic. de anima, parte 4. capit. 2. char. 18. column. 4.

Animæ multoties operatur in corpore alieno, vt in proprio, vt oculus facilius. Auic. de anima, par. 4. cap. 4. char. 26. col. 4.

Animæ humanæ prima virtus est intellectus contemplatiuus, qui iudex est veri, & falsi de vniuersalibus, & de bono, & malo, quæ est in particularibus, ille iudex est de necessario possibili, & impossibili, hæc actiua de honesto, inhonesto, licito, & illicito, principia contemplatiui sunt propositiones per se notæ, actiui propositiones probabiles, ex auctoritatibus famosis, experimenta ex opinionibus, & experimenta certa. Auic. de anima, par. 5. cap. 1. char. 22. col. 3.

Animæ humanæ substantia ex se habet, vt sit apta, perfici, ita vt præter illam nil sit ad eius perfectionem

nem necessarium, & id habet ab intellectu contemplatiuo, & apta ad conseruandum se ab impedimentis sibi accidentibus ex consortio, quam aptitudinem habet ab intellectu actiuo. Auic. de anima, par. 5. cap. 1. char. 22. col. 4.

Animæ humana habet alias virtutes, & est substantia solitaria habens per se aptitudinem ad actiones, quarum quædam sunt, quæ non perficiuntur, nisi per instrumenta, & per vsum eorum aliquo modo, quædam vero sunt, quibus non sunt instrumenta necessaria aliquo modo. Auic. de anima, parte 5. cap. 1. char. 22. col. 4.

Animæ non habet esse à corpore, sed ab essentia nuda à materijs, & menturis. Auic. de anima, parte 5. cap. 4. char. 23. col. 4.

Animæ esse pendet à principijs impermutabilibus, & quæ non possunt destrui, ideo nulla causa destruit animam. Auic. de anima, parte quinta, capit. 4. chart. 23. column. 4.

Animæ substantia habet duas actiones, vnam comparatione corporis, quæ vocatur practica, aliam comparatione sui, & principiorum suorum, quæ est apprehensio per intellectum, & vtræque se impediunt, & difficile est conuenire simul. Auic. de anima, par. 5. cap. 2. char. 23. col. 4.

Animam rationalem adiuuant virtutes animales, quia sensus tollit ei singularia, ex quibus acquiruntur quatuor; vnum quod ratio separata vnumquodque vniuersalium à singularibus abstrahendo intentiones eorum à materia, & ab eius appendicijs, & a consequentibus eam. Secundum quod anima ponit habitudines inter quæque vniuersalia secundum affirmationem, & negationem, & per se nota recipit, & quod non est per se notum dimittit quousque inueniat medium terminum, tertium est acquirere propositiones experimentis, quartum est verba, quibus facile creduntur, quia probabilia sunt. Auic. de anima, par. 5. cap. 3. char. 24. col. 1.

Animæ humana non fuit prius existens per se, & inde venerit in corpore, vnum enim sunt in specie, & diffinitione, nam si posuerimus, quod prius habuerint esse per se, & non inceperint esse cum corporibus impossibile est, vt animæ in ipso esse habeant multitudinem. Auic. de anima, parte quinta, capit. 3. chart. 24. column. 1.

Animæ rationalis per se operatur actiones suas absolute, virtutes corporales retrahunt eam a sua actione. Auic. de anima, par. 5. cap. 3. char. 24. col. 1.

Animæ incipit esse cum incipit materia corporalis apta ad seruiendum ei, & corpus creatum est regnum eius, & instrumentum. & propter corpus illud creatur anima. Auic. de anima, parte quinta, capit. 3. chart. 24. column. 2.

Animæ habet perfectionis principia, mediante corpore. Auic. de anima, par. 5. cap. 3. char. 24. col. 2.

Animæ separata a corporibus primo habuerat esse, & essentiam per se propter diuersitatem materierum, quas habebat, & propter diuersitatem temporis suæ creationis, & propter diuersitatem affectionum suarum quas habebat, secundum diuersa corpora, quæ habebat: nos enim vere scimus, quod qui facit esse in illa intentionem vniuersalem, ex qua fit singularis tantum impossibile est, vt faciat esse singulare eam, nisi addiderit supra specialitatem eius intentionem, ex qua fiat singularis aliqua de intentionibus, quæ consequuntur in creatione, & comittatur, siue nos sciamus eas, siue non. Auic. de anima, par. 5. cap. 3. char. 24. col. 2.

Animæ si esset absque corpore, vna anima non posset esse alia ab alia numero. Auic. de anima, par. 5. cap. 3. chart. 24. column. 2.

Animæ

Animæ rationalis non est vna in omnibus corporibus, essent multæ propter relationem, tunc aut omnes essent sapientes, aut omnes essent insipientes, & non latet vnum quod videt in anima alterius. Auic. de anima, par. 5. cap. 3. char. 24. col. 3.

Animæ rationalis non moritur destructo corpore, quia quicquid destruitur, ad destructionem alterius pendet ex eo aliquo modo, sed quicquid pendet ab aliquo, aut est eo posterius, aut eo prius essentia, non tempore, cum habeat cum eo esse simul, si sunt simul, tunc relatiua erunt ad alterum: si anima pendet à corpore, vt eo posterius, tunc corpus erit causa animæ, priorem vero corpore non esse animam probauimus ante. Auic. de anima, par. 5. cap. 4. char. 24. col. 3.

Animæ rationales non fuerunt creatæ, & multiplicatæ, nisi cum aptitudine corporum, quia ob id oportet tribui esse a causis separatis. Auic. de anima, par. 5. cap. 4. char. 25. col. 1.

Animæ non sic pendet ex corpore, quasi impressa in eo, sed ita vt circa quod occupatur, cognoscit & patitur ex illa. Auic. de anima, part. 5. capit. 4. char. 25. column. 2.

Animæ humana prius est intelligens in potentia, deinde fit intelligens in actu. Auic. de anima, part. 5. cap. 5. char. 25. col. 2.

Animæ intelligit, quia apprehendit in seipsa formam intellectorem nudorum a materia, & vt sit nuda, aut accidit, quia intellectus eam nudat, aut quia forma in se ipsa nuda est a materia. Auic. de anima, par. 5. cap. 6. char. 25. col. 4.

Animæ se ipsam intelligit, & hoc quod est intelligere se ipsam, facit eam intelligere se esse, & intelligentem, & rem intellectam, & intellectum in eo autem, quod intelligit cæteras formas non facit ita, ipse enim in corpore per se sunt semper, & in potentia, & in intellectu quamuis in aliquibus rebus exeant ad effectum. Auic. de anima, par. 5. cap. 6. char. 25. col. 4.

Animam fieri res intellectæ, secundum Auicennam est impossibile, non enim potest vna res fieri alia. Auic. de anima, par. 5. cap. 6. char. 25. col. 4.

Animæ animalis discretæ sunt virtutes, & vnicuique virtuti per se separatim attributa, sunt instrumenta. Auic. de anima, par. 5. cap. 6. char. 26. col. 2.

Animæ humana dum est in corpore, non potest recipere libito intelligentiam. Auic. de anima, part. 5. cap. 6. char. 26. col. 3.

Animæ cum separatur a corpore, & ab accidentibus corporis, tunc poterit coniungi intelligentiæ agenti, & tunc inueniet in ea pulchritudinem intelligibilem, & delectationem perennem. Auic. de anima, par. 5. cap. 6. char. 26. col. 3.

Animæ si est vna oportet vt sit membrum vnum, per quod principaliter pendeat ex corpore, & ex quo regat corpus, & augumentet, & fiat mediante spiritu. & per hoc diffunditur in alia membra. Auic. de anima, par. 5. cap. 8. char. 28. col. 1.

Animæ viuificat animal ex corde, & ab ipso emanant aliæ virtutes ad reliqua membra. Auic. de anima, par. 5. cap. 8. char. 28. col. 1.

Animæ mores oculi maxime significant. Auic. de animal. lib. 1. char. 29. col. 4.

Animæ continet materiam, præparat enim eam per virtutem diuinam, quæ est in ea, vt ipsa sit causa multitudinis causatorum particularium. Auic. de intellig. cap. 4. char. 66. col. 1.

Animæ primæ duæ sunt vires, prima est apprehensiuæ, secunda motiua, & hæc est vis desideratiua in illa. anima igitur apprehendet, & vt consequatur id, mouet corpus cui adhæret, & per hoc viuificatur corpus illud. Auic. de intelligentijs, cap. 4. char. 66. column. 2.

Animæ cœli vita, & si sit composita simplicius tamen habet esse respectu vitæ totius cœli, quoniam in vita cœli inuenimus eius principium, & similiter in vita animæ, sed motio quæ est animæ primæ perfectio, est rediens super excellentiam illius, quæ vero est perfectio vitæ cœli motio, qua mouetur primum, licet cœlum, & anima eius non sint multa, sed ipsum est quicquid anima eius est, & non conuertitur, & sic vita animæ eius, non erit aliud a vita sua, & sic erit vt & illi. Auic. de intelligentijs, cap. 4. char. 66. column. 3.

Animæ quæ recipit impressiones ab anima prima, ab ea meretur sine medio dici intelligibile, animæ autem in fine, quoniam ab anima prima recipit impressiones, & pendet per eam, merebitur dici anima animales. reliquæ intelligentiæ debent dici intelligentiæ tantum, quoniam intelligentia post primam non dicitur pendens nisi per intelligentiam. Auic. de intelligentijs, cap. 4. char. 66. col. 4.

Animæ non habet esse post non esse, nisi cum fuerit esse corporum secundum modum comissionis, per quam adaptatur feci eius instrumentum. Auic. metaphysic. tract. 4. cap. 2. char. 85. col. 2.

Animæ cuiusq; cœli est eius perfectio, & eius forma, nec est substantia separata, nam esset intelligentia, non anima, nec moueret nisi ad modum desiderij, nec contingeret variatio ex motu corporis, nec ex consortio corporis contingeret imaginatio, & æstimatio. Auic. metaphy. tract. 9. cap. 4. char. 105. col. 1.

Animæ rationalis perfectio est, vt foret intelligibile, & describatur in ea forma totius, & ordo intellectus in toto, & bonitas fluens in esse, & vt incipiens a principio totius procedat ad substantias excellentiores spirituales absolute, & deinde ad spirituales pendentes aliquo modo ex corporibus, & deinde ad animas mouentes corpora, & postea ad corpora cœlestia, deinde vt hæc omnia sunt descripta in anima, secundum dispositiones, & vires eorum, quousque perficiatur in ea dispositio esse vniuersitatis, & sic transeat in intellectum in se esse totius mundi, cernens pulchritudinem absolute bonitatem, & decor verus fiat vnum cum ea insculpta eius exemplo incedens, secundum viam eius conuertat in similitudinem substantiæ eius. Auic. metaphysic. tract. 9. cap. 7. char. 107. col. 1.

Animam immortalem, multorum est opinio, primum Pythagoram significasse, & cum in noua corpora ingredi dicebat, monebat non desiderandam post mortem hanc ipsam vitam. Lil. Gre. Gyr. in Pyth. Symb. c. 96.

Annulus ne feras. Pythag. symbola. char. 1979.

Annulus si positus fuerit in pelui, ita vt non potest videri, & postea impleueris aqua peluim annulus videbitur. Auic. de anima, par. 3. cap. 7. char. 16. col. 2.

Annulus angustus ne feras, ideo non debet homo se ipsi in seruitutem coniungere. Lil. Gre. Gyr. in Pyth. symb. c. 100.

Annus est vnus pater qui habet duodecim filios, quorum singulis sunt triginta filiarum forma dissimili aliarum albarum, aliarum nigrarum, quæ quamuis immortales, tamen omnes intereunt. Cleobuli probl. char. 237.

Ante opus considera
Ne te prius molli somno tradideris, quam diurna operater mente reuolueris;

Qua transiui? quid egi? quid quod agendum fuerit, prætermisi? a primo incipiens discurras ad reliqua. Pyth. aurea verba, char. 1979.

Apes non veniunt ad locum mali odoris, & non quiescunt nisi in loco boni odoris, & vbi est dulcedo. Auic. de animalib. lib. 4. cap. 2. char. 33. col. 2.

Apes cibantur ex melle, & non querunt comedere de melle alieno, & si infirmantur non exeunt de domo, & tunc comedunt suum mel, & quod generatur su-

per tibias apum est cera, & est fex mellis, & aliquando cibus eius. Auic. de animal. lib. 8. cap. 6. char. 39. col. 4.

Apes masculi non habent acum, & appetunt pungere, & non possunt. Auic. de animal. lib. 8. cap. 6. c. 39. c. 4.

Apes cum inueniunt alucaria munda, operantur in eis domos cereas sextiles, & capiunt illam ceram super flores, & super extremitates arborum, & primo ædificant domum regis, deinde masculorum, & postea apu paruarum, & domos vacuas propter mundificationem. Masculi non operantur nisi ad comedendum mel. Auic. de animal. lib. 8. cap. 6. char. 39. col. 4.

Apum rex non exit nisi cum toto exercitu, & cum amitunt regem visu, sequuntur olfactu. & si rex non potest volare, ferunt illum. Auic. de animal. lib. 8. c. 6. c. 39. c. 4.

Apum rex melior est rubeus, alter est niger vt carbo, & est duplus in quantitate ad apem quæ mellificat, & melior est apis minor, & rotunda, masculus est magis piger, & apes quæ pascuntur in pratis, & montibus sunt minores, & apes bonæ faciunt mel simile, & leue. Auic. de animal. lib. 8. cap. 6. char. 39. col. 4.

Apes trahunt ceram pedibus anterioribus, & eam trahunt, & pedibus mundificant per medios, qui dicuntur brachia, & per posteriores. Auic. de animal. lib. 8. cap. 6. char. 39. col. 4.

Apum aculeus est eius arma, & cum eo mittunt humiditates molles, & apes mellificantes interficiunt masculos volentes nocere eis, & reges malos. Auic. de animal. lib. 8. cap. 6. char. 40. col. 1.

Apes appetunt origanum, & melius est album, & quando acceperit florem, & infirmatur, & apes operiunt se a vento, & potant aquam claram siue prope, siue a remotis, & non potant nisi cum eiciunt suum squibulum, & plus faciunt mel in vere, & in autumnò, & mel veris est melius & mel album est quod ponitur in cera virginia, & si ponitur in cera antiqua est citrinus, & melius est quod habet colorem aureum, & peius quod habet colorem ruffum. Auic. de animal. lib. 8. cap. 6. char. 40. col. 1.

Apes diuidunt opus suum: quædam ducunt materiam a flore, alia eam materiam ratificat, & faciunt ceram, alia adducunt potu pullos, nec cadunt super aial, nec super cibum, nec pugnant cum aliis nisi cum vespis, & cum his, qui appropinquant ad suum alueare, & cibant se de rebus dulcibus, & si pungunt & dimittant aculeum, moritur illa apis, & forte interficiunt quem pungunt. Auic. de animal. lib. 8. cap. 6. char. 40. col. 1.

Apes percipiunt frigus, & pluias, quod patet quia tunc non exeunt, & pluuia Australis corrumpit apes. Auic. de animal. lib. 8. cap. 6. char. 40. col. 2.

Apibus placet percussio, & cantus, quibus medijs redeunt ad alueare, & alueare in quo auditur magnus strepitus, est magis fertile. Auic. de animal. lib. 8. cap. 6. char. 40. col. 2.

Apis quando vna pendet ab alia in alueari, significatur exitum futurum, & tunc custos spargit super eas vinum bonum dulce, & ponit iuxta aluearium vnum agrestæ, & fabæ, & melgabulstia, mirtus, papauer, silybrium, & amygdalæ. Auic. de animal. lib. 8. cap. 6. char. 40. col. 2.

Appetitionibus rerum externarum sic statim occurrendum est, & videndum si versantur in rebus nostræ potestati subiectis, an alienis, & si in alienis, illud in promptu sit, nihil id ad nos attinere. Epiet. char. 31.

Appetitionem, & declinationem qui collocat in rebus in nostra potestate non positis, is & rebus desideratis sepe frustratur, & in eas incidit quas declinat, quia in aliorum sunt potestate, & sic constat talem infortunatum, calamitosum, & infelicem esse. Epiet. char. 33.

Appetitiones, vel declinando, vel appetendo videndum est ne nimia alacritate modum excedas, & quasi septa transiliendo vires enerues, nam hoc in plerisque ani-

mi vigorem eneruat, & corpora consumit. Epiet. c. 33.

Appetitus est animi in rem appetendam propensio. Simpl. in Epiet. char. 7.

Appetitus a ratione alieni, id est ira, & cupiditas cum corporibus annexi sunt ab alio mouentur, nec penitus sui sunt iuris, nec in appetentibus sunt, quamuis intus ij quoque mouetur, immo animus rationalis cum se ipsum dederit irrationalibus motibus impellitur, nec amplius liberos in sua potestate motus habet, cum vero iuxta suam naturam agit, suoq; arbitrio, tunc libere agit. Simpl. in Epiet. char. 8.

Appetitus omnis est motus internus animi appetentis, ab eo ipso progressus, non extrinsecus intertus. Simpl. in Epiet. char. 16.

Appetentia quæ appetit sentire necesse est, & ad id moueri. Simpl. in Epiet. char. 16.

Appetitum non prouocat egestas, sed id quod appetendum vim habet, aliqua re egens ad egestatem propulsandam appetitum prouocat. Simpl. in Epiet. char. 16.

Appetenda non cogunt appetentem. Simpl. in Epiet. c. 17.

Appetitus est quædam extensio, manente eo quod appetitur, & non recedente, vt manus extendimus, quamuis loco non moueamur. Simp. in Epiet. char. 17.

Appetitio est motus quidam noster intrinsecus, & opinio sic, & similia, sed alias conuenienter, ad rei naturam appetere, & opinari, alias ab ea recedit: nam sæpe decipimur specie recti, & boni. Simpl. in Epiet. c. 17.

Appetitiones modo res veras, & vere viles appetunt, atque iocundas, modo inania simulant, ut somnia comminiscuntur. Simpl. in Epiet. char. 32.

Appetitionum probandarum regula sumitur a natura appetitionum, an scilicet ad animi, corporis, fortunæ, & bonæ pertineant, an ad voluptatem, & utilitatem referantur, fieri ne possint, an secus, an ad Dei, & hominum prædientiam utilitati aliquid probantium, an improbantium, magnificantium, an negligentium: nam quidquid Deo, & probatis hominibus probatur in eo cum suæ salutis studio elaborandum est, sed vna regula est, quæ pendet a diuisione rerum nostrarum, non alienarum; nam cum nostri arbitrij non sint, neque malum nostrum, neque bonum esse possunt. Simpl. in Epiet. char. 32.

Aptitudo est perfectio eius, quod est in potentia in comparatione vnus oppositorum. Auic. de anima. par. 4. cap. 5. char. 26. col. 1.

Aptitudo perfecta est, vt non sit in natura ei impediens id quod est in potentia in ea, vt aquæ aptitudo cum est calefacta ad infrigidandum. Auic. metaphysic. tract. 6. cap. 3. char. 92. col. 3.

Aqua natura sua est frigida, & humida, & restringitur non in ultimo. Auic. de celo, & mundo, c. 16. c. 42. c. 3.

Aquila non comedit aquilam, nisi vt ex ea extrahat, quod illa comedit, & si non inuenit, comedit eam propter voracitatem. Auic. de animal. lib. 8. cap. 1. ch. 36. col. 3.

Aquila reponit de sua venatione, de residuo cibi propter tempus necessitatis, & non venatur prope suum nidum, sed in locis remotis. Auic. de animal. lib. 8. c. 5. c. 39. c. 2.

Aquila locum in quo moratur, tenet liberum ab omnibus aibus, nec permittit aliquam quem illuc accedere, ne luxurietur cum sua femina. Auic. de animal. lib. 8. cap. 5. char. 39. col. 2.

Aquila ponit pullos suos contra solem, & si eius oculi lachrymantur, interficit eos. Auic. de animal. lib. 8. cap. 5. char. 39. col. 2.

Arbitrij humani est appetitio earum rerum, quæ fieri possunt, & quæ fieri non possunt, & earum, quæ nocent, & sic earum fuga. Simp. in Epiet. char. 14.

Arbitrij nostri est, ea expetere, quæ secundum naturam nobis competunt. Simp. in Epiet. char. 81.

Arborem mitem nec violandam, nec cædendam, id est innoxios innocentesque prorsus non inquietandos, sed finendos

finendos esse. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. Symb. c. 100.

Argumentatio in se est cuius propositiones in se ipsis sunt veræ, & apud sapientes sunt notiores conclusiones, & eius ordinatio concludit: argumentatio vero per comparationem est cum aduersarius concedet propositiones. Auic. metaph. tract. 1. cap. 9. char. 74. col. 2.

Armenti facies tempore luxuriæ debet esse versus Septentrionem, quia meliorabitur, & aries qui habet venas sub lingua albas, & facit filios albos, & si nigræ nigros, & ruffæ ruffos, & variæ varios: & si potant aquas falsas recipit appetitum ad luxuriam citius, & in anno quando arietes senes festinant ante iuuenes ad coitum, significatur, quod ille annus erit fertilis. Auic. de animal. lib. 7. cap. 1. char. 36. col. 2.

Artes non inseruntur a vitæ necessitatibus, sed animus ad eas necessitates subleuandas excogitat, & apponit artes. Simpl. in Epiet. char. 16.

Ars omnis in principio est cruda, & immatura, sed maturatur paulatim, & decoratur, & perficitur: sic fuit philosophia antiquitus apud Græcos. Auic. metaph. tract. 7. cap. 2. char. 96. col. 1.

Artificis excellentia cognoscitur ex instrumentis, & frequenter veritatem attingimus. Simpl. in Epiet. ch. 20.

Artificis virtus differt a virtute instrumentorum, quamuis ob instrumenta opus aliquando peius conficitur. Simp. in Epiet. char. 51.

Argentum est inuidiæ locus. Alter. Had. & Epiet. c. 231.

Ariæ non generant nisi tempore caloris, & in calidis regionibus, quia semen est frigidum. Auic. de anima. lib. 16. cap. 2. char. 62. col. 1.

Astrologis non est credendum. Auic. metaph. tract. 10. cap. 1. char. 108. col. 3.

Athenienses scripserunt Persarum regi non magis redigi in seruitutem posse, quam pisces, capti enim pisces moriuntur, aut denuo abeunt. Ar. Epiet. l. 3. c. 25. ch. 356.

Attractio fit per fila longa cum constringuntur. Auic. de animal. lib. 13. cap. 4. char. 51. col. 4.

Auditus est vis ordinata in neruo expanso in superficie nerui optici ad apprehendendum formam eius, quod sibi aduenit, & commotione aeris, qui constringitur inter percutiens, & percussum, restringens ei constringitione exacta, ex qua prouenit sonus, & prouenit eius commotio ad aerem collectum quietum, qui est in concavitate nerui optici mouens illum ad instar sui motus, & commotiones illæ tangunt neruum. Auic. de anima. par. 1. cap. 5. char. 5. col. 1.

Auditus fit cum commotio aeris, aut aquæ peruenit ad neruum expansum intus in aure receptibilem soni, ante quem est concavitas, in qua est aer quietus, mouetur motu eius, qui peruenit ad ipsum, & postquam est quasi paries super quem est neruus expansus, sentiens sonitum, tunc sentitur sonitus. Auic. de anima. par. 2. cap. 6. char. 9. col. 2.

Auditus apprehendit sonos magnos, & per hoc aliquando errat, quia putat fieri a magnis corporibus, cum tamen fiant a paruis, ideo non comprehendit magnitudinem, & sic circa numerum. Auic. de anima. par. 3. cap. 8. char. 17. col. 2.

Auditus fit a neruis cerebri, qui pertingunt ad cartilaginem, & expanduntur in superficie eius. Auic. de anima. par. 5. cap. 8. char. 28. col. 3.

Auditus fit in vtraque parte capitis, quia visus, & olfactus occupant anteriorem partem capitis. Auic. de animal. lib. 12. cap. 12. char. 49. col. 3.

Aues quæ habent vngues curuos ponunt in anno semel, & aliquando plus, & maior numerus quorum suorum est decem, vel parum plus. Auic. de animal. lib. 6. cap. 1. char. 34. col. 4.

Aues omnes habentes vngues vncosos comedunt carnes, & transglutiant festinanter. Auic. de animal. lib. 8. cap. 1. char. 36. col. 3.

Aues venatiles raro potant. Auic. de ani. l. 8. c. 1. c. 36. c. 3.

Aues minus potant quam cætera animalia, & quæ habent vngues curuos potant raro valde. Auic. de animal. lib. 8. cap. 2. char. 37. col. 2.

Aues cum infirmantur, segregant suas pennas. Auic. de animal. lib. 8. cap. 2. char. 37. col. 2.

Aues venatrices sunt paucorum filiorum, quia labore quærunt victum, sed quæ non volant multum, vt gallinæ, nec indigent venatione, sed pulli statim a natiuitate colligunt grana, multa faciunt oua. Auic. de animal. lib. 17. cap. 1. char. 62. col. 2.

Augumentatiua virtus tollit ab vna parte corporis nutrimentum, quo indigebat, & addit aliæ parti, & ei vnit, vt vna pars augeatur potentius quam alia, ministrante sibi nutritiua hoc. Auic. de anima. par. 2. c. 1. c. 6. c. 2.

Augumentum virtutis in suo robore fit ex augumento substantiæ in quantitate. Auic. de ani. p. 4. c. 5. c. 25. c. 2.

Augumentum longitudinis difficilius fit, quam latitudinis, namque in augumento longitudinis oportet, vt nutrimentum diffundatur in membris duris, in latitudine aliquando sufficit carnes augeri, & ipsi deseruit nutritiua virtus. Auic. de anima. par. 2. cap. 1. c. 6. c. 2.

Augumentum est incrementum, quod corpus recipit in suis tribus dimensionibus, quæ sunt longitudo, latitudo, & profunditas, quod sit æquale in omnibus suis partibus, ita vt non inueniatur maius in vno loco, quam in alio, nec plus in interiori, quam in exteriori, & quod sit simile sine differentia huius, vel illius, & sine permutatione corporis, quod creuit a sua dissolutione, vel aliquid quam sit extra illud, quod non fit de natura eius, sed conuertitur in eius naturam. Auic. de celo, & mundo. cap. 3. char. 37. col. 2.

Augurium, & omen, & diuinitio fit mali aliquid portendit, nihil ad te pertinet: nam bonum, & malum in te est, & inuidus esse potes, si in nullum certamen descendas, in quo vincere tui arbitrij non est. Epiet. char. 88.

Auricularum particule sunt cartilaginose, & sunt pulpe, & foramen tortuosum, vt in eo augumentarentur sonitus, & vt statim frigus non veniret ad medullam, factum est longum, & est via inter aurem, & palatum non manifesta. Auic. de animal. lib. 12. cap. 12. c. 49. c. 3.

Aurum habent in hæreas in filiorum generatione. Pythagoræ Symbola, char. 1979.

Aurum ex metallis solum, rubiginem non admittit: nam alia metalla, quantum terræ participia sunt, tantum in rubiginem mutantur. Hieroc. char. 137.

Aurum est mancipium mortis. Alter. Had. & Epiet. c. 231.

B



E A T I T V D O ab animo, & voluntate pendet. Epiet. sententiæ, ch. 219.

Beatus is est, qui corpore est sanus, & animo bene institutus est. Thaletis problem. char. 234.

Bene audire: si cupis, disce bene loqui, edoctus bene facere conari, ita id consequeris, vt bene audias.

Epiet. sententiæ, char. 219.

Bene faciendum vltro est, & vt Sol oriatur, non expectat preces, sed statim splendet, sic tu nec preces, nec applausus expectas, & sic amaberis. Epiet. sent. ch. 226.

Binarius in quantum habet principium, & finem tantum imperfectus est. Auic. metaph. tract. 4. cap. 3. ch. 86. c. 2.

Bona facere nos sedulo non decet tanquam in nobis foret, nec etiam sine Dei auxilio illa perficere posse credendum est. Hieroc. char. 144.

Bona a Deo sunt impetranda: nam virtus in hominis animo

imo est imago Dei, & omnis imago exemplar habet, vt subsistat, vanum est ergo quod inspicimus, si non aspiciamus ad cuius similitudinem bonum illud adepti sumus. Hieroc. char. 146.

Bonus si esse volueris primum credito te malum esse, castigato affectus, ne illi te puniant, opinionem non tam verere, quam ipsius rei veritatem, Bene audire si cupis discere bene loqui, e doctus bene facere conare, ita id consequeris vt bene audias. Epiet. sent. char. 219.

Bonus vir nemo paupertatem cum turpibus diuitiis commutatam velit. Epiet. sent. char. 227.

Bonus potiri, & in nullum malum incidere beatos facit, bonis, & vtilibus rebus excidere, aut in noxias excidere infelices. Simpl. Epiet. char. 26.

Bonum maius cum minore malo coniunctum omnis homo amplectitur, præsertim si bonum esse nostrum, malum vero alienum esse videatur. Simp. in Epiet. c. 43.

Bonum & malum in nobis est, ideo a nobis, nec ab alio, nec per alium accidit. Simpl. in Epiet. char. 98.

Bonum est, quod cuiusque naturæ conuenit, quoque id suam habet perfectionem. Simp. in Epiet. char. 115.

Bonum & malum ibi est, vbi appetitio & delectatio versatur siue secundum naturam, siue contra. Simpl. in Epiet. char. 209.

Bonitas pura non est nisi necesse esse per se, & dicitur etiam bonitas id quod attribuit rebus suis perfectiones, & suas bonitates. Auic. metaph. tract. 8. cap. 6. c. 100. c. 1.

Bonum purum est esse cui non coniungitur priuatio, nec priuatio substantiæ, nec priuatio alicuius quod sit substantiæ, sed semper est in effectu, & id quod est possibile esse per se non est bonum purum, quia potest pati priuatione. Auic. metaph. tract. 8. cap. 6. c. 100. c. 1.

C



ALAMITATEM facilius ferres, si cum inimicis tuis peius agi videas. Thaletis probl. char. 234.

Calamitates vt morbus, paupertas, dedecus in Ciuitate, perditio charissimarum rerum sunt indecora in hac vita, sed non omnino mala, non enim nocent animo, nisi horum cogitatione ad vitium labatur, mala omnino sunt, quæ ex voluntate oriuntur, vt peccata, quorum natura non fert, vt virtus eis adiungatur, vt iniustitia, luxuria, & huiuscemodi, quæ boni adiunctionem non capiunt. Hieroc. char. 70.

Calamitates magna bona nobis afferunt, primum homines eas mansueti ferunt, vt diuino iudicio satisfiat, tum propter virtutem, quam iam possident, qua molesta facilio ra sunt; tum bene de futura vita speratur, nequaquam igitur nos turbare debet, si nobis qui boni facti sumus per summam virtutem diuina offeruntur, per mediam, humani postea maxime purgamur ex hoc, quia æquo animo talia ferimus. Hieroc. ch. 80.

Calor heticorum, quamuis sit multo fortior calore tertianorum non sentitur, quia complexio illa facta est tanquam naturalis. Auic. de anima, par. 2. c. 3. ch. 8. c. 1.

Calor fit ex motu, & emollit materias, & dissoluit eas. Auic. de celo, & mundo, cap. 16. char. 42. col. 2.

Calor naturalis post tempus status recipit diminutionem, quia calor aeris circumstantis aufert humiditatem interiorum, & adiutorium calori extrinsecò in consumendo humidum est calor naturalis intrinsecus, & propter hoc iuuant ad hoc motus animalis, & tadem diminuitur, & constringitur, quia corpus patitur dissolutionem, & dissolutio terminatur per humida-

tem, & aggregatur humiditas extranea, quæ estinguit calorem, vel per strangulationem, & summersionem, vel propter contrarietatem in quantitate, & illa humiditas est phlegmatica frigida, & ista est mors naturalis. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 3. ch. 45. col. 3.

Calor iuuenum, & puerorum est æqualis secundum radicem, sed in pueris est maior secundum quantitatem, in iuuenibus secundum qualitatem. Auic. de animal. lib. 12. cap. 3. char. 45. col. 3.

Calor naturalis est primum instrumentum animæ. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 6. char. 46. col. 4.

Calor qui prouenit a supercelestibus habet virtutem, quam non potest habere calor ignis; nam ille dat vitam. Auic. de animalib. lib. 1. cap. 1. char. 61. col. 2.

Calidi in corpore sunt spiritus, cor, & sanguis post sanguinem caro epatis, quæ est quasi sanguis coagulatus, post hanc venæ pulsatiles, quia recipiunt calorem a sanguine, & spiritu, & postea venæ non pulsatiles, & post cutis palmæ, quæ est temperata. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 2. char. 45. col. 2.

Calidum aut dicitur calidum, quia calefacit tactu, vt ignis, aut cum est intra receptum calefacit, aut quia multum de sua specie calefacit, & paucum non, vt apium, aut quia cum recepit calorem tarde deponit, vt plumbum, aut secundum essentiam, vt in lapide, & per accidens, vt glacies. Auic. de animal. lib. 12. c. 6. c. 46. c. 2.

Camelus solus habet additamenta in dorso, & aliquis habet duo. Auic. de animal. lib. 1. char. 30. col. 1.

Camelus non luxuriat super matrem suam, & quidam cum fecisset eum luxuriare super matrem suam, camelus cognita matre interfecit hominem. Auic. de animal. lib. 8. cap. 7. char. 40. col. 3.

Canes generant vsque ad annos decem & octo. Auic. de animal. lib. 5. cap. 2. char. 34. col. 3.

Canes foeminae menstruât omnibus septem diebus, quo tempore non recipiunt coitum, nisi post mundationem, & eius lac est spissus, & maculus post sex menses suæ natiuitatis luxuriatur, & aliquando citius; canes generosi viuunt decem annos, & foeminae tresdecim, & non eijcit dentes nisi caninos. Auic. de animalib. lib. 7. cap. 1. char. 36. col. 2.

Cantibus vtendum ad lyram, ne scilicet perturbatis molestarentur somnus, ante soporis initium cantibus ad lyram utebantur, per lyram enim honestam temperantiam significabant. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symb. char. 140.

Capillorum, & vnguium superfluitates, postquam abscideris pessunda. Pyth. symb. ch. 1979.

Capilli sunt ex vapore exeunte per poros, cum ille vapor fuerit spissus, & porus non fuerit largus, & sunt propter pulchritudinem, vt barba, & iuuamentum vt supercilia, & aliquando per solam superfluitatem, & per iuuamentum vt super pectinē. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 2. char. 31. col. 4.

Capilli generantur ex vapore, qui est fumus, & est perennis in poris, & tunc coagulatur, & materia sua naturalis est fumosa, & instrumentum est porus, & si ista superfluitas erit spissa, capilli erunt spissi, si subtilis, subtiles, & cum fuerit cutis spissa, & superfluitas spissa, vnus pilus erit propinquus alteri, & foramina non erunt incarnata, & constricta, & non cum altero, sed ampliata ampliatione cutis sicca foraminum, sed crispitudo erit propter tortuositatem pororum. & nigredo est propter caloris acritatem, & canities propter cruditatem, & rufus propter æqualitatem, & forte nigredo, & crispitudo erit propter impressionem aeris extrinseci. & caluities est, quia deficcatur medulla, & incipit ante, quia illud vas est magis amplum, & materia magis humida, & cito recipit excitationem: sed mulieres, & castrati natura est magis humida, & pori magis angusti, ideo non sunt calui, & sunt rufi, &

& postea albi, & rufi citius albefcunt. Auic. de animalib. lib. 19. cap. 1. char. 64. col. 1.

Capilli primi qui sunt cani sunt capilli temporum, & postea superocilium, & sunt cani: quia sunt in loco sicco, & pili pectinis, quia sunt in loco calido. Auic. de animal. lib. 19. cap. 1. char. 64. col. 2.

Capilli mortalitatis symbolum sunt, mortui enim sunt, nec doloris sensum habent. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 135.

Capræ si antequam impregnentur, confricarentur mammillæ prius exit sanguis, postea quasi sanies, & post exit lac, quod est aquosum dulce, vt illud quod exit post partum, & caper fuit in ciuitate, quæ dicebatur chimam, qui habebat additamenta prope virgam ad similitudinem mammillarum, & exiit lac per confricationem, ex quo factus est caseus, & conuit cum capra, & genuit filium, qui habebat eadem additamenta, ex quibus exibat lac. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 3. char. 32. column. 2.

Caper montanus medetur suam plagam, in qua remanet ferrum cum comestione herbæ, quæ dicitur pullegium, eijcit ferrum. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 4. char. 38. col. 2.

Caput habet duas feras fallaces, & duas veras, prima ferra communicat cum frõte, & est ad modum arcus, & dicitur coronalis, alia quæ est in medio secundum longitudinem dicitur sagittalis, & est talis (-, & tertia communicans inter occipitium, & suam basim, est vt figura anguli, cuius acutum coniungitur cum sagitta, & dicitur ferra laude, sed duæ ferræ mendaces sunt, secundum capitis longitudinem æque ditantes futuræ, quæ dicitur sagitta ex vtraque parte auriculæ, & non profundantur ad interius, & ideo dicuntur ferræ fallaces. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 10. char. 48. column. 4.

Capitis figura naturalis est, vt sit rotunda, quia est magis capax, & minus recipit læsiones, & est cum aliqua longitudine, in acutum aliquantulum ante, & retro rotunda. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 10. ch. 48. c. 4.

Caput habet quinque ossa, quatuor sunt vt parietes, & 5. vt basis, & sunt duriores, quam illud supra, quia casus supra latera sunt piures, & quia in superiori parte debet esse raritas, & carere ponderositate. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 10. char. 49. col. 1.

Carnis natura est recipere sensum, quamuis egeat neruis ad id percipiendum. Auic. de anima. parte 2. cap. 3. char. 8. col. 2.

Caro inter omnia membra est magis temperata, & post illam cutis, & magis temperantia cutis est manus, & eius palma, & palmæ index, & indicis extremitas eius. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 5. char. 45. col. 1.

Caro nigra saporosior est, quia est magis digesta. Auic. de animalib. lib. 19. cap. 1. char. 64. col. 2.

Castrati, qui coeunt, quorum virga non est exsiccata cum coeunt emittunt quoddam sperma subtile, & attritum. Auic. de animal. lib. 2. cap. 1. ch. 31. col. 1.

Caudam nigram quod habet ab eo abittine, terrestrium enim Deorum est. Pythag. symb. ch. 1979.

Casus, & fortuna nihil sunt, sed omnia ad certum finem referenda sunt. Simpl. in Epiet. ch. 13.

Casus, vel fatum est cum res non fuerit sperata, nec formidata, & non est semper, nec sæpe. Auic. suffic. lib. 1. cap. 13. char. 21. col. 1.

Casus est causa rerum naturalium, & volutariorum per accidens, nec semper eueniens, nec sæpe, & est in quocunque est per aliquid, & non est causa essentialis, quæ illud induxerit. Auic. suffic. lib. 1. cap. 13. ch. 21. col. 1.

Causa prima immutabilis, & immobilis, quæ in operando eandem habet substantiam, & bonitatem non adiectam, sed per se ipsam, & ex se ipsa subsistentem omnia ad bene esse producat. Hieroc. ch. 22.

Causarum consideratio rerum existentium, quæ causæ in opifice Deo sunt, ad summam Dei intelligentiam nos ducit, cui adiuncta est simul Dei similitudo. Hieroc. char. 138.

Causæ effectuales rerum naturalium sunt quatuor, efficiens, forma, materia, & finis. Auic. suffic. lib. 1. cap. 10. char. 19. col. 1.

Causa efficiens in rebus naturalibus aliquando dicitur principium motus in alio a se, secundum hoc, quod est aliud, & hic motus intelligitur omnis exitus de potentia ad effectum per formam in materia, & est causa conuertendi illud, & mouendi de potentia ad effectum. Auic. suffic. lib. 1. cap. 10. ch. 19. col. 1.

Causa efficiens est respectu finis, facit enim finem esse, & finis alio respectu est causa efficientis. Auic. suffic. lib. 1. cap. 11. char. 19. col. 3.

Causæ aliquando sunt essentialiter, aliquando accidentaliter, propinqua, & remota, propria, & communes, particularis, vniuersalis, simplex, composita, in potentia in effectu, & aliquando immiscetur inter se. Auic. suffic. lib. 1. cap. 13. char. 20. col. 4.

Causæ casuales sunt cum sunt propter aliquid, sed sunt efficientes eorum per accidens. Auic. suffic. lib. 1. cap. 13. char. 21. col. 1.

Causæ effectuales debent prius creari, deinde accidentales. Auic. de anima, par. 5. cap. 4. ch. 25. col. 2.

Causa est quæ necessario est per se, & non per aliud, & illa est prior. Auic. suffic. lib. 2. cap. 9. ch. 31. col. 2.

Causæ primæ ex effectibus suis cognoscuntur, quia sunt non quid sunt non in sapientia remanent absentia, & in effectibus veluti in quandam lucem prolatæ cognitioni non restant apparere. Auic. de intelligentijs, cap. 2. char. 64. col. 4.

Causæ primæ non tantum causari dicimus, sed propter sui excellentiam causare dicimus, earum autem excellentia non est hoc, vt a nulla causa superiore sint, est enim vna, & eadem causa omnium, per quam, in qua, & ex qua rerum omnium causæ occasionales factæ sunt primitus, ideo præfertur omnibus superexultas, & superexcellens singula. Auic. de intelligent. cap. 3. char. 65. column. 1.

Causæ quæ exeunt ab intelligentia, sunt duæ primæ forma cæli vltimi, & hæc est eius anima a qua est motus animalis proximus, & si non primo, quæ non intelligit bonitatem, & per hunc modum non exit a causa primo, nisi per naturam intelligibilem, quæ inest illi; secunda causa est corporeitas, quæ est inuenta in totalitate cæli vltimi, & hic instituit cum appendicijs eius materiam primam, vnde materia prima in se ipsa est resolubilis, & possibilis, & quia corporeitas sequitur intelligentiam per hunc modum, tunc hoc non est, nisi per naturam intelligentiæ essendi possibile. Auic. de intelligent. cap. 4. ch. 65. col. 2.

Causa prima intelligit suam essentiam, & id quod facit debet esse cum sua essentia, & ipse scit quomodo bonitas est in omni quod est, sequitur formam suam forma eorum, quæ sunt intellecta apud eum secundum ordinem, quem intelligit, sed non sequitur eam, vt lux lucidum. Auic. de intellig. cap. 4. ch. 65. col. 3.

Causæ primæ intelligentia non causatur, & perficitur in aliquo, quod sit ex eo, & ideo eius scientia non recipit diminutionem, quia scit id quod est ex eo, per modum sui, & non per modum rei scitæ. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 4.

Causa eius est id cuius remotio est causa remotionis alterius. Auic. metaph. tract. 2. cap. 4. ch. 77. col. 1.

Causæ sunt forma, materia, agens, & finis. Auic. metaph. tract. 6. cap. 1. char. 91. col. 1.

Causa finalis est per quam acquiritur esse rei discretum ab ea. Auic. metaph. tract. 6. cap. 1. ch. 91. col. 2.

Causa formalis est, quæ est pars essentiæ in qua est id per

per quod res est in effectu. Auic. metaph. tract. 6. cap. 1. char. 91. col. 2.

Causæ essentialis rei propter quas est esse rei in effectu, necesse est ut sint cum ea, nec precedant in esse, sic ut possint remoueri remanente causato. Auic. metaph. tract. 6. cap. 2. char. 92. col. 2.

Causæ sunt causæ causarum necessario, vel ad instar sui esse, ut calefactio ab igne, vel alio modo, ut calefactio ex motu. Auic. metaph. tract. 6. cap. 3. ch. 92. col. 2.

Causa finalis in suo esse in anima prior est cæteris causis. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. ch. 94. col. 3.

Causa finalis non est causa, ut est inuenta, sed in quantum est ad aliquid: unde secundum modum quo est causa est causata causarum, scilicet cum causa finalis habuit esse, si enim non habuerit esse in effectu, secundum suum esse fuerit prius suo esse in effectu. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. ch. 94. col. 3.

Causa omnis, ut est causa habet certitudinem, & causalitatem. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. ch. 94. col. 3.

Causa prima est solum causa medium est, & causa, & causatum, causatum vltimum non est causa, sed causatum solum, unde non potest esse collectio causarum, quin non sit causa non causata. Auic. metaph. tract. 8. cap. 1. char. 97. col. 3.

Causæ omnes in omni genere causarum sunt finitæ. Auic. metaph. tract. 8. cap. 1. ch. 97. col. 3.

Causa finalis cum stabilitur ipsius esse, stabilitur etiam ipsum finitum. Auic. metaph. tract. 8. cap. 3. ch. 98. c. 3.

Causa prima perfecta est, nam nihil deest illi de suo esse, & de perfectionibus sui esse, nec aliquid generis sui esse egreditur ab eius esse ad aliud à se, ut egreditur ab alio à se, & omne esse est exuberans ab eius esse, & ab illo fluit, est bonitas pura. Auic. metaph. tract. 8. cap. 6. char. 99. col. 4.

Causa prima libera est a materia, & ab eius appendicijs, & ab omni corruptione, nec habet contrarium, nec genus, nec quidditatem, nec qualitatem, nec quantitatem, nec quando, nec ubi, nec simile sibi: ut est altissimus, gloriosus, & non habet diffinitionem, nec fieri de eo potest demonstratio. est enim omne quod est, & tamen non est aliquid ex his. Auic. metaph. tract. 8. cap. 5. char. 99. col. 4.

Causa prima est esse, bonitas pura, perfectio pura, & id desiderat omnes res iuxta modum suum, quia per eam perficitur omne eius esse. Auic. metaph. tract. 8. cap. 6. char. 100. col. 1.

Causa prima non intelligit nisi vniuersaliter, & cum hoc non deest ei aliquid singulare, quia ipsa se ipsam intelligit, & cum sit principium omnis quod est intelligit principia eorum, quæ sunt ab eo, & quidquid nascitur ab eis, & quidquid est ex rebus omnino est necessarium esse propter eam. Auic. metaph. tract. 8. cap. 6. char. 100. col. 2.

Causa prima apprehendit particulares res, in quantum sunt vniuersales, scilicet in quantum habent proprietates si appropriatur eis indiuiduum, hoc erit respectu temporis alicuius, vel dispositionis alicuius. Si vero accipiatur illa dispositio cum proprietatibus suis erit etiam in ordine eorum, sed abstrahetur a principijs cuiusque eorum, scilicet sua species a suis indiuiduis, unde abstrahetur a rebus indiuidualibus. Auic. metaph. tract. 8. cap. 6. ch. 100. col. 2.

Causæ primæ esse intelligentem, & intellectum non facit debere esse multitudinem in eo vilo modo, non potest esse, ut necesse esse intelligat res, per res, sed quæ est principium omnis esse, tunc intelligit ex se ipso id cui ipse est principium, & eorum est principium, quæ sunt perfecta in singularitate sua, & eorum, quæ sunt generata corruptibilia secundum suas species vno modo, & secundum sua indiuidua alio. Auic. metaph. tract. 8. cap. 6. char. 100. col. 2.

Causa prima est sciens ordinem bonitatis in esse, quoniam ex eo est, & quoniam diligit se ipsam, quæ est principium totius ordinis bonitatis non patitur ab eo, nec concupiscit, nec inquit, est enim expers omnis imperfectionis. Auic. metaph. tract. 8. cap. 7. ch. 100. c. 4.

Causæ primæ scientia est apprehendens id, quod iam est, & quod possibile est esse. Cuius relatio ad ipsa erit in quantum sunt intellecta, non in quantum sunt in singularibus. Auic. metaph. tract. 8. cap. 7. ch. 100. c. 4.

Causa prima quidquid intelligit, intelligit per suam essentiam, & per hoc intelligit quod est post se ipsum, & quamuis eorum alia sint ante alia, intelligit tamen simul. Auic. metaph. tract. 8. cap. 7. ch. 100. col. 4.

Causa prima dicitur intelligentia secundum intentionem primam, & intelligit res simul ita, ut per eas non multiplicatur in sua essentia, nec ut imaginatur certitudo suæ essentia esse hoc, quod ipsa imaginatur eas, sed quod fluunt formæ eorum ab eo intellectæ, unde ipse aptior est, ut sit intelligentia etiam ipsæ formæ fluentes a sua intelligibilitate, & intelligit se ipsam, & est principium omnis, quod est. Auic. metaph. tract. 8. cap. 7. char. 100. col. 4.

Causæ primæ scientia est sua voluntas, & posse quod est ei est ipsa sua essentia, & omnium principium est per suam essentiam, & quod ab ipso fluit est de sua liberalitate. Auic. metaph. tract. 8. cap. 7. ch. 101. col. 1.

Causa propinqua motus primi est anima, non intelligentia, & celum est animal obediens Deo. Auic. metaph. tract. 9. cap. 1. char. 102. col. 2.

Causa nulla potest perfici per causatum essentialiter, sed accidentaliter. Auic. metaph. tract. 9. cap. 3. ch. 104. c. 2.

Causæ altiores non operantur propter nos id quod operantur, nec intendunt aliquid propter res, nec inducit eas aliquid, nec accidit eis electio, hæc autem non sunt casu, sed prima causa intelligit se ipsam, & intelligit ordinationem bonitatis, ut est melius, & inde fluit ipsa talis fluxio quo perfectius peruenitur ad ordinem secundum possibilitatem, & hæc est intentio vera. Auic. metaph. tract. 5. cap. 5. ch. 105. col. 4.

Causales res sunt quæ non sunt semper, nec sæpe. Naturales vero quæ sunt semper, vel sæpe. Auic. metaph. tract. 4. cap. 2. char. 85. col. 3.

Causalitas causæ finalis est causa esse aliarum, igitur esse aliarum causatum est a causalitate illius, eius autem causalitas non est causa esse earum prius, nisi sit imaginata in anima, vel in alio consimili. non est causa causæ finali in sua causalitate, nisi causa alia præter causam, quæ mouetur ad eam, vel ad aliam ipsa per se mouetur. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. ch. 94. col. 3.

Causatum primum omne est in Deo, deinde in se ipso, deinde in effectibus suis videt causas. visio autem ibi intellectus causarum intelligibilia: sunt ipsæ intelligentiæ. Auic. de intellig. cap. 4. ch. 65. col. 1.

Causatum primum cum sit intelligens primam formam, & formam, quæ sequitur ipsam, tunc duæ formæ intellectæ sunt duæ intelligentiæ intelligentis in ea, quarum vna est superior alia, & reliqua inferior illa propter superius, & inferius intellecta, & tunc intelligentia superior perfectius intellectum erit, & influit virtutem, quam recipit a suo intellectu glorioso, per intelligentiam inferiorem, quæ est sub ea, intelligentia causata primo. & tunc hæc duæ intelligentiæ componunt causatum primum, in quo existunt, & altera earum est finita, quæ propinqua est illi quod est terminus omnis entis, reliqua autem est infinita. quia quod possibile, & factum in se ipso, non habet in se ipso substantiam, & propter hoc non est finis alicui enti. & tunc est intelligentia tantum, & componitur ex finito, & infinito, ita finita, cum tamen inter causata non sit simplicius. Auic. de intellig. cap. 4. ch. 65. col. 4.

Causatum eget aliquo, quod det sibi ipsum esse tantum,

rum, sed inceptio & alia huiusmodi sunt res, quæ accidunt ei, & causatum eget datore sui semper, & incessanter, quandiu habuerit esse. Auic. metaph. tract. 6. cap. 1. char. 90. col. 4.

Causatum omne habet principium, & omne incipiens habet materiam, & formam. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. char. 93. column. 4.

Causatum est quidquid habet qualitatem præter unitatem. Auic. metaph. tract. 8. cap. 4. char. 99. col. 1.

Cerebrum ne edas. Pythag. symb. char. 1979.

Cerebri pars anterior mollior est, & mollities vtilior est ad sentiendum, pars vero posterior, vicinior spinæ est durior, & paulatim durities accedat ad spinam. Auic. de anima, par. 5. cap. 8. char. 28. col. 3.

Cerebrum, & epar transmittunt ad cor aliquid quod iuuat ad eius operationem, & eparis operatio est istud quod suscipit a corde, & intestinis per venas meseraicas fixas in eima. Auic. de animalibus lib. 3. cap. 7. c. 31. col. 2.

Cerebrum non sentit, non enim dolet propter apostemam in sui substantia. Auic. de animalibus, lib. 12. cap. 6. char. 46. col. 3.

Cerebri medulla habet in sui longitudine dimensiones tres in ventriculos, & omnis ventriculus habet in sui latitudine duas partes, & tunc pars anterior diuiditur in duo dextrum, & sinistrum, & sunt vnus quantitas, & pars anterior iuuat olfactum, & super eiectionem superflui per stranutationem, & adiuuat ad diuisionem spiritus visibilis, & super opera virtutis formatiæ, & in comprehensionibus extrinsecis, & ventriculus posterior, implet vacuitatem membri magni, & est uera, & secundum post est diuisio spiritus visibilis, & ibi viget virtus memoriæ, ventriculus medialis est via à virtute formatiua ad memoriam. Auic. de animalibus lib. 12. cap. 7. char. 47. col. 1.

Cerebri medullam cooperiunt duæ membranæ, vna dura versus testam, alia mollis versus cerebrum quod fit ne medulla testam tangeret, & læderetur ab osse, & ista membrana est etiam ligamentum venarum pulsatilium, quæ sunt supra medullam. Auic. de animalibus lib. 12. cap. 7. char. 47. col. 1.

Certillimum est mors. Alter. Had. & Epiet. char. 232.

Cerui si mordentur a serpente, comedunt cancos, & liberantur. Auic. de animalibus lib. 8. cap. 4. char. 38. c. 2.

Charitas communiter respicit ad omnes, proprie vero ad solos bonos. Hieroc. char. 51.

Chænix est diurnus cibus, & dimensum, quod alicui in dies impartitur. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola, chart. 88.

Cibus ne in scaphium immittas, id est sordidos, & inhonestos homines non esse nutriendos, ut Plutarchus interpretatur sapientem sermonem non esse immittendum in flagitiosi, & scelerati hominis animum. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 125.

Circumuolui omnia videntur ei, qui incepit videre aliquid circumuolui, quia cum simulachrum impellitur ad vnâ partem spiritus, & non ad aliam, virtus quasi impellitur cum suo instrumento ad partem inclinationis simulachri, instrumentum enim obedit illi ad partem quam petit virtus, & propter hoc contingit in spiritu motio ad illam partem propter subtilitatem sibi & suam velocitatem ad recipiendum motum, tanquam sequatur motum simulachri. Auic. de anima, par. 3. cap. 8. char. 16. col. 4.

Ciuius qui præesse vult non tam pretium donariorum curet, quam virtutem incolarum. Epiet. sent. ch. 225.

Ciues sic tractandi ut cognati, & si vicinior arctiore deueniunt necessitudinis vinculo. Simp. in Epiet. c. 139.

Ciuitatem bene ordinandam oportet, ut omnes, qui in ciuitate sunt habeant aliquem statum laudabilem: ita ut ab vnoquoque proueniat utilitas ciuitati. Auic. metaph. tract. 7. cap. 4. char. 109. col. 1.

Coagulum nemo animal habet nisi ruminans præter lepus, & dico quod in ventre vrsi reperitur coagulum, quod etiam forte reperiri potest in alio animali. Auic. de animalibus lib. 3. cap. 7. char. 32. col. 2.

Coagulo carent omnia animalia, quæ habent vnicum ventrem, & quæ habent pilos in pedibus, non habent coagulum, quia suum nutrimentum est humidum multum, & nec vrsus habet coagulum. Auic. de animalibus lib. 13. cap. 5. char. 54. col. 1.

Cocuit omni tempore homo, & omnia domestica, ut canes, & porci, & virorum est magis desiderium hyme, mulierum vero in æstate propter defensionem earum à frigore. Auic. de animalibus lib. 5. cap. 1. char. 34. col. 1.

Cœlum est culmen immensum, aer mundus. Alter. Hadria. & Epiet. char. 233.

Cœlestia non cognoscens, si quæ ante pedes sunt, non vides, Anicula. Thaleti in foueam prolapsi. char. 236.

Cœlum non accipit augmentum, nec generationem, vel corruptionem, & est finitum. Auic. de cœlo, & mundo. cap. 4. char. 37. col. 4.

Cœlum si esset infinitum, circulus in quo mouetur deberet esse infinitus, sed nullus circulus est infinitus, ergo nec cœlum. Auic. de cœlo, & mundo. cap. 5. char. 38. column. 2.

Cœlo nulla figura conuenientior est, quam spherica, nulla enim capacior est, & est mensura omnibus rebus. Auic. de cœlo, & mundo, capit. 8. char. 40. column. prima.

Cœlo spherica figura multis modis conuenit magis, quia cœlum est corpus simplex, & vnus naturæ, & necesse est ut habeat figuram finitam, & perfectam; habet spheram vnâ superficiem, quæ spheram ambit, & vnum est propinquius simplici, quam id, quod est amplius vno: est etiam spherica ex partibus similibus. Auic. de cœlo, & mundo. cap. 8. char. 40. col. 1.

Cœli sunt multi, & multæ stellæ, quia mouentur pluribus motibus in diuersis dispositionibus, ut per hoc perficiatur corporum generatio, quæ generantur, in mundo vegetantur, & aluntur. Auic. de cœlo, & mundo. cap. 12. char. 41. col. 1.

Cœli omnes conueniunt in hoc quod mouentur omnes motu circulari, & diuersitas est inter illos, quia mouentur velociter alius alio. Auic. de cœlo, & mundo. cap. 14. char. 41. col. 4.

Cœlestes spheræ reuoluuntur circa suum centrum. Auic. de cœlo, & mundo. cap. 14. char. 41. col. 4.

Cœli habent splendorem; sed minorem, quam stellæ: ideo splendor cœli non videtur. Auic. de cœlo, & mundo. cap. 14. char. 41. col. 4.

Cœlum non mouetur remanentibus stellis fixis in eo, quod est causa propter quam non corrumpitur cœlum. Auic. de cœlo, & mundo. cap. 15. char. 42. col. 2.

Cœlum est animal obediens Deo. Auic. metaph. tract. 9. cap. 1. char. 102. col. 2.

Cœli principium motus non est natura, nec est per violentiam, sed per voluntatem. Auic. metaph. tract. 9. cap. 2. char. 102. col. 3.

Cœli anima est ut comparatio animæ nostræ animalis ad nos. Auic. metaph. tract. 9. cap. 2. char. 102. col. 4.

Cœli substantiæ accidit, quod est in potentia sui fitus, & ubi, assimilatio vero bonitatis vltimæ facit, ut semper maneat in perfectione, quæ plenior esse potest rei semper, & hanc perfectionem non fuit possibile retinere, in vno, retinuit in specie & per successionem. Auic. metaph. tract. 9. cap. 2. char. 103. col. 1.

Cœlorum vniuersitatis motor primus, vnus tantum est. Auic. metaph. tract. 9. cap. 2. char. 103. col. 2.

Cœlorum vnaquæque spherarum habet motorem proprium, propinquum, desideratum, & amatum, sed vniuersitatis cœlorum est vnus motor primus. Auic. metaph. tract. 9. cap. 2. char. 103. col. 2.

Cœlestia corpora non communicant in motu circulari, nisi propter desiderium amati communis, nec fiunt diuersa, nisi quia eorum principia amata desiderabilia post illud primum sunt diuersa. Auic. metaphysic. tract. 9. cap. 3. char. 104. col. 1.

Cœlestis motus est animalis proueniens ab anima eligente, renouata electionibus continuis suarum partium, unde numerus intelligentiarum separatarum post primum principium erit secundum numerum motuum. Auic. metaph. tract. 9. cap. 3. char. 104. col. 2.

Cœlestes vires, quæ sunt impressæ in suis corporibus, non agunt, nisi mediantibus suis corporibus. Auic. metaphysic. tract. 9. cap. 4. char. 105. col. 1.

Cœli conueniunt in natura iudicij motus circularis, & hoc iudicium adiuuat esse materiæ, & in quo differunt est principium præparationis materiæ ad diuersas formas. Auic. metaphysicor. tractat. 9. capit. 5. chart. 105. column. 2.

Cæsar est publicæ lucis caput. Alter. Hadria. & Epiet. chart. 233.

Cogitativa in comparatione animæ humanæ est vis ordinata in media concavitate cerebri, ubi est neruus, & solet componere aliquid de eo, quod est in imaginatione cum alio, deinde aliquid ab alio vt vult. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 5. col. 2.

Cogitativa est virtus ab intellectu imperata, vt componat sensibilia intra se, & diuidit ea inter se, secundum formam visibilem, quamuis non credamus esse, vel non esse, sed si loco intellectus virtus animalis illi imperat, vocatur imaginatiua. Auic. de anima, par. 4. cap. 1. char. 17. col. 3.

Cogitativa virtus conuertitur ad formas, quæ sunt in virtute formali ad componendum eas, & resoluendum eas, quoniam sunt ipsius subiecta, & cum eis composuerit formam, aut diuiserit, possibile est vt reponat in illa. Auic. de anima, part. 4. capit. 2. chart. 18. column. 1.

Cogitatio dicitur esse ex memoria, intellecta visione, & voluntate. Auic. de intelligentijs, tractat. 1. cap. 4. char. 67. colum. 4.

Colera innaturalis generatur aliquando in epate, aliquando in stomacho, & quod in epate est subtilius, & cineratur, sed pessima generatur in stomacho ex aduisione vitellinæ, & tunc nigrescit combustum, & immiscetur naturale cum illo, & efficitur viride, & pessimum comburitur multum, & efficitur viridissimum, & est quasi venenum. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 5. char. 46. col. 2.

Colligenda non sunt, quæ ceciderint, id est modestos nos esse debere, vel suarum rerum neminem esse amatorem ardentiorum. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola. chart. 244.

Color est qualitas, quæ perficitur ex luce, & solet penetrare corpus prohibens affectione lucentis ab eo inter quod, & lucens fuerit corpus medium. Auic. de anima, par. 3. cap. 3. char. 11. col. 2.

Colores permiscetur, & fiunt, vt si miscetur album, & nigrum fit subpallidum, & si lux permiscetur fuerit quasi nubes super quam reuerberatur quasi fumus niger, qui admistus est igni erit rubor, si nigredo superauerit, erit citrinus, si nigredo fuerit victa fit superabundantia albedinis risplendentis, si non fuerit citrinus permistus nigredini, nec in eo erit splendor fit viride, & si nigredo erit occulta, & albedo manifestior erit rubor, si nigredo fuerit superans, primo erit color fuscus, si secundo erit color foliorum porri, si magis & magis erit viriditas illa intensa, quæ caret nomine, si autem admiscetur albedo erit color yari, cui si admiscetur nigredo cum paruo rubeo erit indicus. cui si admiscetur indicus erit carminium. Auic. de anima, par. 3. cap. 4. char. 12. col. 1.

Columbi domestici ponunt fortasse decies in anno. Auic. de animalib. lib. 6. cap. 1. char. 34. col. 1.

Columbæ retinent oua interiorius, quando damnificatur nidus, & quando auferuntur pennæ per damnificationem, ita vt non potest se cooperire, aut quando sunt infirmæ, & confricant se, quia id quod videtur osculū, est confricatio non osculū. Auic. de ani. lib. 6. c. 1. c. 35. c. 1.

Columba sæpe duodecies ouat in anno, & postquam fuerit trium mensium in ætate, & tenet ouum in ventre per dies quatuordecim, cubat per viginti duos dies, & postquam exit ab ouo decem octo diebus incipit volare: & quidam dicunt foeminam viuere per sexaginta annos, & perdices per sexdecim annos. Auic. de animalib. lib. 6. cap. 1. char. 35. col. 2.

Columba parit ouum masculum prima die, & sequenti foeminam, & mas cubat oua omni die media, & foemina in sequenti medietate, & post viginti dies mater frangit ouum, & calefacit pullos primo mater, & post pater, & foemina semper melius custodit pullos. Auic. de animalib. lib. 6. cap. 1. char. 35. col. 2.

Columnus est cum circulus mouetur à primo situ indirectum, secundum rectam lineam centro non discedente ab eo. Auic. metaph. tract. 3. cap. 9. char. 82. col. 3.

Comedere non oportet in curru, id est quiete manducandum, vel non esse dandam operam luxuriæ, & desidia. il. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 171.

Communia magis nota sunt quoad rationes nostras, quamuis non sint nota quoad naturam. Auic. suffic. lib. 1. cap. 1. char. 13. col. 2.

Communia si comparantur ad non communia, quantum ad intellectum, inueniuntur res communius notiores quantum ad intellectū, sed cum contulerimus eas inter se, quantum ad ordinem effendi qui requiritur à natura vniuersali res speciales erunt notiores quantum ad naturam. Auic. suffic. lib. 1. cap. 1. char. 13. col. 3.

Comparatio non est ad se ipsum, sed ad id quod non est ipsum. Auic. log. par. 1. char. 4. col. 1.

Comparatio prioris, & posterioris est inter duo, quæ sunt in intellectu. Auic. metaphysicor. tractat. 3. cap. 10. char. 83. col. 4.

Complexio est qualitas veniens ex reciproca qualitatibus passione contrariarum in corporibus sibi permistis. Auic. suffic. lib. 1. cap. 6. char. 17. col. 3.

Complexio est res accidens ex qualitatibus contrariarum operatione in particulis minimis, & diuidentibus, & alterantibus se ad inuicem. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 1. char. 44. col. 4.

Composita in sua simplicia resolui non est malum. Simpl. in Epiet. char. 63.

Compositorū cognitio fit duobus modis, aut quia sunt apta, vt ex eis fiat compositio, aut quia sunt & res, quibus accidit huiuscemodi intellectus, sic in logica ab ita hæc cognitio consideratur, sed vt prædicata, aut subiecta, & vt vniuersalia, aut particularia. Auic. log. par. 1. char. 3. col. 1.

Compositum notius est quantum ad sensum, quia sensus prius sentit, & comprehendit totum, deinde discernit, sed quantum ad intellectum simplex, antequam compositum, quia non scitur natura compositi, nisi priusquam cognoscimus simplicia eius. Auic. suffic. lib. 1. cap. 1. char. 14. col. 1.

Composita, & simplicia in compositis existentia habent hoc, vt possint coniungi effectus permanenti, & potentia destruendi in rebus simplicibus separatis per se, impossibile est hæc duo coniungi. Auic. de anima, par. 5. cap. 4. char. 25. col. 1.

Compositum omne ex duobus non est, nisi ipsa coniuncta, nisi accidat illi alteratio, & passio, quæ fit forma tertia, & intellectus tertius ab illis, & iudicium de vnoquoque illorum idem est, quod de composito. Auic. suffic. lib. 2. cap. 7. char. 29. col. 1.

Compositum

Compositum ex materia, & forma est omne id in quo est aliquid acquisitum in effectu, & in eo est etiam præparatio ad recipiendum aliud. Auic. metaphysic. tract. 2. cap. 3. char. 76. col. 2.

Compositum ex aliquibus duobus est aliud ab illis tertium, cuius vniquodque eorum pars est. Auic. metaph. tract. 5. cap. 5. char. 89. col. 4.

Concupiscere aliena iniquum est. Simp. in Epiet. c. 106.

Conscientiæ bonæ fructu lætandum, euentu malo non dolendum. Simpl. in Epiet. char. 43.

Consequentia sunt illa inter quæ non est aliquid sui generis, quod est cum consequentia non differunt specie, vt domus, & idomus. Auic. suffic. lib. 3. c. 1. c. 36. c. 4.

Consequentia quæ differunt specie, vt homo & planta, sunt quæ vniuntur in aliquo communi, & essentiali, vt est corporeitas, aut in accidentalibus, vt albedo, & ratio adunat partem. Auic. suffic. lib. 3. cap. 2. char. 36. col. 4.

Permissio est cum tota essentia vnius infunditur in tota essentia alterius. Auic. suffic. lib. 3. cap. 2. ch. 36. c. 4.

Consilium bonum gignit virtutes, & perficit, & continet, earum quæ est mater, nutrix, & custos: eius effectus est electio, optimæ vitæ, eius quod electū est exercitatio, & recte consultorum immutabilis seruatio. Hieroc. char. 102.

Consilium malum est mater malitiæ, quæ est destructio immortalis vitæ. Hieroc. char. 103.

Constitutionis cuius vis rei partes duæ sunt, vna est id, quod est actu, altera est id, quod est in potentia, quod est illi vt subiectum. Auic. de anima, par. 1. cap. 1. c. 1. c. 2.

Consuetudinis vis magna est, nam si recordaberis sæpe ea quæ in nostra potestate non sunt, ereptu facilia cum illa inciderint, perturbari non sinit, vt & alia consuetudine, quamuis grauias, & corporibus, & animis tolerabilia sunt, & a paruis est incipiendum, nam qui maiora initio suscipit facile succumbit, & frustratur, & fractis viribus fit imbecillis, & desperat. Simp. in Epiet. c. 39.

Consuetudo praua sensim corrigenda, nam si quis quater in die edere consuevit, si totum diem ieiunare statim conatus fuerit, & corpus mutatione subita turbabit, & ipse moleste viuet, sed si à quaternario ad ternarium descendit, & sic ad binarium affuecat, facilius semel tantū edere consuecet. Simp. in Epiet. c. 40.

Consuetudo maximam vim habet, & ad eam tollendam contraria consuetudine vt debemus: secundo rationi obtemperandum, & nihil faciendum, quod ratio recta non præcipiat: tertio nullum visum statim admittere, sed parumper expectare, & experiri visa. Ar. Epiet. lib. 3. cap. 12. char. 276.

Consuetudo vocatur illa actio, cuius principium est imaginatio cum natura, vt suspicatio: nam mores non roborantur, nisi frequentatione passionis. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. char. 94. col. 4.

Consule ante opus nequid temere agas.

Miseri quippe hominis est aliquid dicere, vel agere. temere. Pythag. aurea verba, char. 1979.

Consulendi tempus opportunum est, cum adhuc opus non inceperimus. Hieroc. char. 127.

Contemptio eorum, quæ in nostra potestate non sunt, est via vnica: nam si eximij honoribus affectū aliqū videris, aut Imperator, aut Senator, aut Consul, non prædicas ipsum beatū, visio enim decipit. Epiet. c. 89.

Contentio omnibus locis aliena est, tum conuiuiorum sodalitatibus indignissima: nam nec ebrius sobriū docebit quicquam, nec sobrius ebriū, ubi sobrietas abest, inanitas est contentionis labor. Epiet. sent. char. 222.

Contentionem au fugies si consideras eū, cum quo disseris, aut esse præstantiorem, & cum audiendus, & ei parendum, si par assentiendum est, si inferior persuadendum. Epiet. sent. char. 222.

Continentia voluptatem durabilem affert, & corpori, & animo vtilitatem. Simp. in Epiet. char. 191.

Contrariorum separationem, & alterius in alterū mutationem non esse malum manifestū est, alterius enim interitus alterius ortus est. Simp. in Epiet. char. 119.

Continuum non habet partes in actu, sed accidit ei vt interfecetur propter causas quæ interrumpunt transitum. Auic. suffic. lib. 2. cap. 1. char. 23. col. 4.

Continui termini non habent esse in actu, sed in potentia, quia non fiunt in actu, nisi in incisione, aut aliqua termini designatione, aut tactu, aut equidistantia, aut accidit, aut positione. Auic. suffic. lib. 2. c. 1. c. 24. c. 3.

Contraria non se constituunt, sed destruant. Auic. metaph. tract. 3. cap. 6. char. 80. col. 4.

Contrarium vnius non est nisi vni, medium est id, quod quamuis sit diuersum, est tamen cōsimile, ideo oportet vt conuersio primū fiat ad illud, dum aliquid mouetur ad cōtrarium, nigrum enim prius fit citrinum, vel viride, vel rubeum, deinde album. Auic. metaph. tract. 7. cap. 1. char. 95. col. 4.

Contraria sunt illa quæ conueniunt in genere, & subiecto. Auic. metaph. tract. 7. cap. 1. char. 95. col. 4.

Contrarietas est vltimum distantie inter opposita, quæ conueniunt in genere, & in materia. Auic. metaph. tract. 7. cap. 1. char. 95. col. 4.

Contumeliæ auctor non est, qui conuincitur, aut verberet, sed opinionem de eis tanquam cōtumeliosis conceptam, cum igitur te quispiam irritarit, opinione te irritatum scito. Epiet. char. 91.

Conuiuator venit conuiuium laudatione, & obsequio, si non es conuitatus non dedisti quanti venit conuiuium. Epiet. char. 104.

Conuiuia externa, & popularia deuitanda sunt, sed si aliquando se tulerit occasio, vide ne in vulgarem consuetudinem prolabaris, nam si sodalis pollutus fuerit, & quem tetigerit necessario, pollutus erit etiam si ipse purus fuerit. Epiet. char. 176.

Conuiuans det ministris impartiri de ijs, quæ sunt quod si per tēpus prestare cōmode nequiuersis, memeto tibi otioso ministrare negotiosos. Epiet. sent. char. 221.

Cor ne voret. Pyth. symb. char. 1979.

Cor est, & vocatur illud principium primū a quo virtutes emanant ad cerebrum, quarum quædam tuas actiones perficiunt in cerebro, & in partibus eius. Auic. de anima, par. 5. cap. 28. col. 2.

Cor est primum membrum, quod fit a sanguine, ex quo colligitur sanguinem esse à corde, & non ab epate. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 3. char. 32. col. 1.

Cor, medulla, & epar sunt res indigentes proprio situ, ideo creator posuit illa in loco competenti, prout fuit necessarium, & cum sperma sit simile in suis partibus, ideo in eo non sunt segregati spiritus vitalis, animalis, & naturalis. Auic. de animal. lib. 9. cap. 4. ch. 42. c. 4.

Cor est multum calidū, quia in eo spiritus, & calor sunt principia vitæ. Auic. de animal. lib. 12. c. 1. ch. 45. c. 1.

Cor est in medio pectoris, & declinat parum versus sinistram, vt elongaretur ab epate, & animalia maioris cordis, sunt magis timida vt lepus. Auic. de animal. lib. 13. cap. 3. char. 51. col. 4.

Cor est caro fortis, vt sit remotū ab occasionibus, & est compositum ex filis longis, quæ iuuant ad attractionem, & circumductis quæ iuuant ad expulsionem, & transuersis, quæ iuuant ad retentionem, ex illo nascuntur venæ pullatiles à parte superiori in eo sunt tres venteres duo magni, & vnus mediocris, vt in eo sit locus nutriti, quod est spissum forte, & alius in quo generat spiritus ex sanguine multū subtili, & est via media inter illos, & venæ habent duas tunicas, & interior est durior, quia obuiat percussioni spiritus, & generatio arteriæ fit à parte sinistra, & à parte sinistra nascuntur duæ, vna vadit ad pulmonem, & ramificatur in eo ad recipiendum aerem, & ad ducendum sanguinem, quo nutritur. Auic. de animal. lib. 13. cap. 3. c. 51. c. 2.

Cor generatur si eius complexio fuerit debilis, tarda, & frigida, & si super ipsum venit aliquod, quod ipsum debilitet generatur femina, si contra generatur vir. Auic. de animalib. lib. 18. cap. 1. char. 62. col. 4.

Cor non edendum, idest non animum angoribus cruciandum, nec doloribus affligendum, & eadem causa cerebrum non esse edendum addit, quod alij interpretantur obliuionem fugiendam esse, de corde, & cerebro noluit Deus sibi sacrificia fieri. Lil. Gre. Gyr. in Pythag. symb. char. 119.

Cornu omnium animalium est vacuum, præter cornu cerui. Auic. de animalib. lib. 1. c. 30. col. 1.

Coronam ne decerpas, idest ne homines vrbium leges in quibus esse contigerit, offendant, & violent, nec contra principes loquendum est. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symb. char. 131.

Corporis morbus est impedimentum, vt pedis claudicatio est impedimentum, & non est voluntatis, nisi nos velimus, & si consuleris recte alterius rei, non sui, esse impedimentum. Epict. char. 69.

Corpus si læditur indignatur, & animum lædi a quocunque permitti non rubescimus. Epict. char. 127.

Corpori quæ seruiunt, eatenus adhibeantur, quatenus animo sunt vsui, quidquid ad ostentationem, & delicias attinet repudiato. Epict. char. 177.

Corporis vinculum, & natura morte, & vitium pecunia soluit, animi vero vinculum virtus magnitudine animi, doctrina exercitatione. Epict. sent. char. 223.

Corpus omnium sordidissimum curamus, quod si quinque tantum diebus victu corpus curadum esset; eam ferre molestiam non possemus. Epict. sent. char. 226.

Corpore qui valent, & æstus, & frigus tolerant, sic qui animo bene constituti sunt, & iram, & dolorem, & lætitiã, & cæteros affectus ferunt. Epict. sent. c. 228.

Corpus mortale ad deductionem humanæ vitæ, pro instrumento nobis datum est, & neque superfluo cultu pinguescere decet, neque nimia indigentia affligere oportet. Hieroc. char. 115.

Corporis curam habere debemus, non simpliciter, sed corporis, & intellectui seruiantis. Hieroc. char. 116.

Corpus non est præponendum animæ, ad cuius vsum est nobis traditum, nec omnino negligendum propter ipsam animam, sed de corpore, vt de instrumento curam habere debemus. Hieroc. char. 118.

Corpus sapientes subtile animi vehiculum appellarunt, cuius diligentiam, & curam habere debemus, vt virtutis exercitium, & veritatis susceptionem adipisci possimus. Hieroc. char. 179.

Corpora impura, quo magis aluntur, eo magis lædi ait Hippocrates, quod multo magis de animis verum est. Simp. in Epict. char. 37.

Corporum mutatio, & dissolutio, non est malum, cum eorum natura talis sit, nec aliter se haberi possunt. Simp. in Epict. char. 57.

Corporis morbus non est malus, nec ipsi corpori, cum tali natura sit præditum, vt ad compositi spectet dissolutionem, & restitutionem simplicium suis totis. Simp. in Epict. char. 65.

Corpora non possunt esse simplicia, quæ subiecto constant, & forma, ergo corpora esse non possunt principia. Simp. in Epict. char. 151.

Corporis læsionem si ægre ferimus, multo magis animi læsiones molestius ferendæ sunt. Simp. in Epict. c. 127.

Corpus eo salubrius, quo tenuior victus, ideo vtile est ab ineunte ætate sic assuefactu. Simp. in Epict. c. 178.

Corporis res, vt vestitus, victus, pecuniæ duo continent, vsum, & acquisitionem, ijs vti debemus, vt ad nudam corporis curationem faciunt, remouendo omne superuacaneum, quod ad gloriam, & diuitias pertinet acquisitionis molus est vsum, corporisque necessitates. Simp. in Epict. char. 196.

Corpora alia non nutriuntur, nec augmentantur, nec generantur, alia nutriuntur, & augmentantur, & generant sibi similia, alia sentiunt, & mouentur voluntarie, cum non habeant id ex sua corporeitate, restat vt in earum essentia sit aliud principium, quod dicitur anima. Auic. de anima, par. 1. cap. 1. char. 1. col. 2.

Corpus naturale est substantia in qua possibile est intelligi lineam vnã, & aliam lineam secantem illam super rectos angulos, & aliam lineam secantem ambas illas super rectos angulos, & quamuis mutentur hæc dimensiones, dummodo restent hæc tres dimensiones, corpus tamen est. Auic. suffic. lib. 1. cap. 2. ch. 14. col. 1.

Corporis naturalis principia, quibus apprehenditur corporeitas naturalis corporis, quædam sunt partis essentia eius, & eam demonstrant, & hæc digna sunt vocari principia, quorum vnum sic est corpori, vt materies lecto, aliud vero vt forma lecta abstracta à lecto, & materies quæ est in lecto vocatur hyle, subiectu, materia, origo, & elementum, diuersis respectibus, & forma, quæ est in lecto, dicitur forma. Auic. suffic. lib. 1. cap. 2. char. 14. col. 2.

Corpus nõ habet ex natura motus diuersos, sed ex violentia. Auic. de anima, par. 3. cap. 6. char. 14. col. 2.

Corpus vltra causas materiales, & formales habet, & efficientes, & finales: efficiens est quod imprimit formam, quæ est in corporibus in materia eorum, & perficit materiam per formam ex vtriusque constituit compositum, quod agit per formam, & patitur per materiam. finalis est propter quam impressa sunt formæ in materia. Auic. suffic. lib. 1. cap. 2. char. 14. col. 3.

Corpus vt est mutabile habet aptitudinem recipiendi id, quod remotum est ab illo, scilicet rem receptibilem eius, quod mutatum est de illo, & eius quod permittit illud, & forma habita, & priuatio eius erat cum formâ permutata. Auic. suffic. lib. 1. cap. 2. ch. 14. col. 4.

Corporum alia sunt receptibilia generationis, & corruptionis, idest quorũ hyle renouat formam, & amittit formam, & quædam quæ nõ sunt generabilia, & corruptibilia, sed esse eorum est perpetuum. Auic. suffic. lib. 1. cap. 3. char. 15. col. 3.

Corporibus, quæ apud nos sunt, actiones, & motus adueniunt, vel ex causis, quæ sunt extra ea, vt caliditas aquæ, vel ex se ipsis, vt aqua calefacta frigidit sua natura. Auic. suffic. lib. 1. cap. 5. char. 16. col. 3.

Corpus omne habet naturam, materiam, formam, & accidentia, natura est vis, ex qua venit motus eius, & pmutatio, quæ sunt in eius essentia, & similiter quies eius, & status. forma eius est essentia eius, ex qua est id quod est, materia eius est id quod intelligitur subiectum esse suæ formæ. accidentia sunt ea quæ quando materia eorum fuit informata forma eorum, & constituta fuerit eorum specialitas, aut simul concreantur, aut accidunt extrinsecus, & fortassis natura rei aliquando erit ipsa forma aliquando non erit, sed in simplicibus natura est ipsa forma: nam si consideratur actiones, & motus, quæ veniunt ex illa vocatur natura, at si consideratur vt constituit speciem, forma vocatur. Auic. suffic. lib. 1. cap. 6. char. 17. col. 1.

Corpora simplicia sunt id, quod sunt in actu ex suis formis, & non sunt id, quod sunt ex suis materijs. Auic. suffic. lib. 1. cap. 6. char. 17. col. 3.

Corporis dispositionis sunt solutio continuationis, & dolor, fames, & cupiditas. Auic. de anima, par. 4. cap. 4. char. 20. col. 3.

Corpus destruitur ex causis, quæ sunt eius propriæ, ex permutatione complexionis, & compositionis. Auic. de anima, par. 5. cap. 4. char. 24. col. 4.

Corpus vnum non potest esse simul in duobus locis, & vnum locum solum habet vnum locatum. Auic. suffic. lib. 2. cap. 7. char. 28. col. 3.

Corruptibile omne, & quod deserit esse est in subiecto, aut

aut est causa subiecti. Auic. suffic. lib. 2. cap. 11. char. 54. column. 1.

Corpus perfectius est rebus quantitatem habentibus, quia omnes dimensiones habet. Auic. de cælo, & mundo, cap. 1. char. 37. col. 1.

Corporum diuersitas in motibus naturalibus est diuersitas suarum dispositionum naturalium. Auic. de cælo, & mundo, cap. 2. char. 37. col. 1.

Corpus non potest non habere motum sibi naturalem, Auic. de cælo, & mundo, cap. 2. char. 37. col. 1.

Corporum quædam sunt simplicia, quædam composita, simplicium simplex est motus, compositorum iuxta dominantem qualitatem. Auic. de cælo, & mundo, cap. 2. char. 37. col. 2.

Corpus necessario est in mundo diuersum in natura sua ab alijs corporibus, quod mouetur motu circulari per naturam suam, & cum motus circularis sit substantia simplicis, & motus simplex non sit corporis simplicis, ergo motus circularis erit corporis simplicis. Auic. de cælo, & mundo, cap. 2. char. 37. col. 2.

Corpus omne est finitum, nam corpus inducit superficiem, & superficies inferit finem, ergo nõ est corpus infinitum. Auic. de cælo, & mundo, cap. 5. char. 37. col. 4.

Corporum vnumquodque habet motum, & quietem, aut natura, aut vi, & vnicuique corpori locus est naturalis, sed motus per vim est motus de loco ad quem mouetur corpus naturaliter ad contrarium eius loci vnde motum facit, naturalis enim motus est ad contrarium motus violenti. Auic. de cælo, & mundo, cap. 5. char. 38. col. 3.

Corpora quæ vehunt alia motu naturæ, non vehunt nisi secundum compositionem vnus ad aliud, quam habet in leuitate, & ponderositate. Auic. de cælo, & mundo, cap. 7. char. 39. col. 4.

Corpus quod mouetur ab anima, quæ in eo est, necesse est, vt habeat motum naturalem alium, præter motum animalis. Auic. de cælo, & mundo, cap. 7. char. 39. column. 4.

Corpora, quæ mouentur a naturis simplicibus, aut propter grauitatem, aut propter leuitatem, aut propter aliud grauitatis, aut leuitatis. figuras habent spæricas. Auic. de cælo, & mundo, cap. 9. char. 40. col. 2.

Corporis prima compositio est secundum complexionem originalem, & complexio prima secundum quatuor primas qualitates, sed secunda compositio est secundum humores, quousque fiant membra consimilia, tertia vt sunt membra instrumentalia. Auic. de animalib. lib. 1. cap. 1. char. 44. col. 4.

Corpus sensibile formatur ex materia informi, & forma, vnde fieri oportet corpora in incorporea posse resolui, quæ mirabili harmonia corpus constituunt, ita vt naturalem suum statum in ipso non amittant intrinsicum. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 3.

Corpus est substantia in qua potest poni dimensio, quocunque modo volueris incipere, & illa a qua primum inceperis erit longitudo, & alia secut illa secundum angulos rectos, & erit latitudo, & alia secut illas orthogonaliter in eodem loco sectionis, & sic dicitur quod est longum, latum, & profundum, quod potest diuidi in infinitum, non quod diuidatur, sed possibile est diuidi. Auic. metaphysic. tract. 2. cap. 2. char. 75. column. 2.

Corpus est substantia composita ex quodam per quod habet potentiam, quæ est materia eius, hoc est hyle, & ex quodam per quod habet effectum, & est forma eius. Auic. metaph. tract. 2. cap. 2. char. 75. col. 4.

Corpora composita sunt ex materia, & forma, nec hæc materia corporalis potest in effectu spoliari à forma.

Auic. metaph. tract. 2. cap. 3. char. 76. col. 2.

Corpus omne a quo prouenit actio non per accidens, neque per violentiam alterius corporis, agit per aliquam potentiam, quæ est in eo, quod autem proueniat per voluntatem, & electionem, manifestum est. Auic. metaph. tract. 4. cap. 2. char. 85. col. 2.

Corporeitas non inuenitur in homine ante animalitatem, nisi quodam modo prioritate, scilicet cum accipitur corporeitas ex intèrione materiæ non generate. Auic. metaph. tract. 5. cap. 5. char. 85. col. 2.

Corpus vt corpus non est aptum esse rationale, vel irrationale, sed prius est necesse esse habens animam ad hoc vt fiat rationale, vt homo non est aptus ad esse masculinum, vel femininum, nisi vt animal. Auic. metaph. tract. 5. cap. 4. char. 88. col. 4.

Corporis cælestis materia mouetur ab infinita virtute. Auic. metaph. tract. 9. cap. 2. char. 103. col. 1.

Corporum formæ, & perfectiones sunt duobus modis, aut sunt formæ quarum existentia sunt propter materias corporum, & ideo eorum existentia est in materijs corporum illorum, aut sunt formæ, quarum essentia est per se ipsas, non propter materias corporum, vt animæ. quia vnaquæque anima non appropriatur corpori, nisi quia eius actio est propter illud corpus, & in illo, Auic. metaphysic. tract. 9. cap. 4. char. 105. column. 1.

Corpus non fit corpus calidum, nisi in quantum ipsum sequitur aliud in motu ad hoc, vt calefiat illud quod non est violentum, sed naturale, & cum completum est seruetur in loco conuenienti, & aptiori ad conferuandum illud, calidum vbi est motus, frigidum vbi est quies. cuius causa est leuitas, & grauitas. Auic. metaphysic. tract. 9. cap. 5. char. 105. col. 4.

Creatio est dignior modus dandi esse, quia priuatio iam est remota omnino, & inducitur esse. Auic. metaph. tract. 6. cap. 2. char. 92. col. 1.

Creatio est dare rei esse post non esse absolute. Auic. metaph. tract. 6. cap. 2. char. 92. col. 1.

Creatura ante eius ortum, & exitum vertit suam faciem super suos pedes, & suas palmas super volumina genuũ, & suas nares intra sua genua, & oculos sursum, & colligit sua genua ante se, & est equitans super solas plantas, & sua facies est versus dorsum matris suæ, & facti istud totum pro defensione cordis. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 5. char. 43. col. 4.

Credere supponit intelligere, & non e conuerso. Auic. logica, par. 1. char. 2. col. 3.

Credulitas, & fides non sunt ab vno solo intellectu. Auic. logica, par. 1. char. 3. col. 1.

Credere debes de Deo, & diuinis rebus omnia, quia nihil tam mirabile dicitur, quod non sit credendum. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 160.

Crimen aut verum, aut falsum, si verum, veritas non est moleste ferenda, & quod facere non piget, audire piget? si falsum, ille qui mentitur læditur. Simplic. in Epict. char. 92.

Crucia te ipsum cum quid feceris turpe, cum bona perfeceris tibi gratulare, hæc exercere, hæc meditari, hæc te amare oportet, hæc te in diuinæ virtutis vestigijs collocabit per eum, qui in animo nostro quadruplicem fontem perpetuo fluentis naturæ tradidit. Pythagoræ aurea verba, char. 1979.

Culcitra est infomni voluptatorium. Alter. Hadr. & Epict. char. 233.

Cupiditas gloriæ dicitur extrema tunica, quia alios exuens dicitur ipsa magis animo adhærescere. Simpl. in Epict. char. 183.

Cupiditate solutus liber est. Epict. sent. char. 223.



D

DAEMONES hic Pythagoras appellat animas hominum virtute præditos, & veritate tanquam doctos, & peritos. Hieroc. chart. 35.

Dæmonis terreni nomē nō conuenit nisi naturæ existēti homini. Hieroc. c. 36.

Delectatio in coitu fit ex cursu materiæ illius calidæ, & viscosæ super membrum in quo facit quasi titillationem acutam, & sequitur conglutinatio, & vniō in eodem ex eadem materia, & tunc erit illa delectatio super reparationem eius quod recessit à sui cōsistentia, & cum humiditas, quæ exit à muliere non generat, non appellatur sperma. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 13. char. 42. col. 1.

Delectatio in luxuria totaliter non est à spermate, & à suo descensu, sed per motum spiritus, & spiritus exit in descensu spermatis mulieris, & maris. Auic. de animalib. lib. 15. cap. 3. char. 60. col. 4.

Delectatio cuiusq; virtutis, plena est acquisitio suæ perfectionis. Auic. metaph. tract. 8. cap. 7. char. 101. col. 3.

Delinquendum raro. Epiet. sent. char. 229.

Delphin sibilat, & habet pulmonē, sed postquam fuerit super terram, non facit vocem. Auic. de animalib. lib. 4. cap. 2. char. 33. col. 2.

Delphin trahit in ventre decem mensibus, & filius illius complet quantitatem sui corporis in decem annis, & parit in æstate, & non in alio tempore, & aliquando se abscondit in pelago triginta diebus, & nō apparet, & est pia super filios suos, & viuit triginta annis. Auic. de animalib. lib. 6. cap. 2. char. 35. col. 4.

Delphini diligunt homines, & maxime pueros. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 7. char. 40. col. 3.

Denarius est aggregatio ex nouem, & vno, cum accepta fuerint vtraque simul, & peruenit ex eis continentis aliquid ab eis quod est decem. Auic. metaph. tract. 3. cap. 5. char. 80. col. 3.

Denarius perfectus est vt numerorum finis, & in se reuoluitur, & nunquam deficiens inuenitur, omnem in se numerum recipit, ideo mundus appellatur, quo iustitiam, & sedem significabant, & mystice pro vitæ præmio intelligitur. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola, char. 164.

Densitas fit duobus modis, vna ex coniūctione partium dispersarum in aere, qui est inter eas qui cum exit ex ipsis, ipsæ redeunt in locum suum, ita vt non sit inane, cui opposita est raritas, alia densitas est non quod partes dispersæ coniunguntur, sed quia ipsa materia aliquando recipit maiorem corpulentiam. Auic. suffic. lib. 2. cap. 9. char. 32. col. 2.

Dentes equi, cum est senior tanto habet dentes albiores, & canis contra. Auic. de animal. lib. 1. c. 30. col. 2.

Dentes habet aliquos homo, qui nascuntur post annos viginti. Auic. de animalib. lib. 1. ch. 30. col. 2.

Dentes equorum senium sunt albi. Auic. de animalib. lib. 7. cap. 1. char. 36. col. 2.

Dentes sunt trigintaduo, & fortasse deficiunt in aliquibus hominibus quator dentes, & in superioribus sunt duo dentes ampli, & duo contrarij, & tot inferiores, & isti sunt ad incidendum, & duo canini ad frangendum sursum, & omnes alij ad molendum sunt quatuor, siue quinq; sursum, & in imum, & præter illi quatuor, qui nascuntur prope triginta annos, & dicuntur dentes intellectus. habent radices acutas, & impinguntur in mandibulis, & super quodlibet fora-

men nascitur quoddam additamentum, quod iuuat ad retentionem, & in illo loco sunt ligamenta fortia, & præter molares omnes alij habent vnam radicem. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 14. char. 50. col. 2.

Dentes molares in inferiori mandibula ad minus habent duas radices, & in inferioribus dentibus intellectus sunt tres radices, & molæ fixæ in superiori ad minus habent tres radices, & forte quatuor: & si molæ fuerint magnæ erunt multæ maxime superiores, & inter ossa soli dentes sentiunt, & in homine iuuant ad formationem literarum. Auic. de animalibus, lib. 12. cap. 14. char. 50. col. 2.

Dentes inter alia ossa semper crescunt propter eorum consumptionem cōtinuam. Auic. de animalib. lib. 16. cap. 2. char. 61. col. 4.

Dentes non frangendi, idest ne maledicentes, & obretractores simus. Lil. Greg. Gyr. in Pyth. symb. ch. 130.

Dentes prima est genitura humidæ naturæ, & nutrimentum quoddam cōmunis, & prioris nature, vt ait Iamblicus. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. ch. 130.

Descriptio nil aliud exigit, nisi vt oratio componatur ex consequentibus rem, quæ sunt ei paria, quæ habebit, quidquid continetur sub ea, & nihil aliud ita vt significet eam, significatione signi conuenientis: est enim, vt in ea accommodetur genus, aut proximum, aut longinquum, & deinde apponantur accidentia, aut proprietates, quod si ita non fuerit, erit descriptio vitiosa. Auic. log. par. 1. char. 6. col. 2.

Desiderium est imaginatio rei, vel concupiscentia, & iudicare, quod delectabitur in illa si adfuerit. Auic. de anima, par. 4. cap. 3. char. 19. col. 3.

Deterius ob salutem præstantioris, negligendum est. Simp. in Epiet. char. 65.

Deos immortales, vt leges iubent honora, deinde heroes beatos, & postea terrestres dæmones. Pythagoræ aurea verba, char. 1979.

De Dijs, rebusque diuinis nihil tam admirabile dicitur; quod non debeas credere. Pythag. symb. char. 1979.

Dijs cum voueris, exi ad opus: nam ista si tenebis cognoscas immortalium Deorum mortaliumque hominū conditionem qua procedunt, & continentur omnia. cognoscas quantum fas est naturam circa omnia similem, ne te sperare contingat, quæ speranda non sunt, neque te quicquam lateat. Pythag. aur. verb. ch. 1979.

Deus solus sapiens est. Pythag. prob. char. 235.

Deus est omnium antiquissimus, ortu enim caret. Thaletis problemata. char. 234.

Deum non solum iniuriæ hominum latent, sed nec cogitationes. Thalet. problem. char. 235.

Deus trahit primas sapientiæ. Thalet. problem. ch. 235.

Deo libandum, & sacrificandum, & vnicuique primitiæ offerendæ sunt, ritu patrio, caste non luxuriose, nec indiligēter, nec sordide, nec sup facultates. Epiet. c. 142.

Dei voluntas libenter sequenda, quam si nō libenter sequuntur homines coacti, & improbi sequuntur. Epiet. chart. 216.

Deorum muneribus acquiescendum. Epiet. sent. ch. 227.

Diuitiarum, & ceterarum rerum corpori necessariorum corpus est vnicuique modus, si in eo insiteris, modum seruabis. Epiet. char. 196.

Diues anis, vel esse malis inquire in te ipso, an beatus, quod si diues, scito neque bonum esse, neque omnino penes te, sin beatus, id & bonum esse, & penes te: nam opulenta est usura ad breue tempus à fortuna concessa: Beatitudo vero ab animo, & voluptate pendet. Epiet. sent. char. 219.

Diuitiæ in bonis non sunt, luxus in malis, modestia in bonis: modestia vocat ad frugalitatem, & paranda bona, opulenta ad luxum, & abstrahit à modestia, difficile est vel in diuitijs modestiam colere, vel in modestia parare diuitias. Epiet. sent. char. 220.

Deum

Deum esse, rerum humanarum curam habere, & nihil negligere homo bonius credere, ei; se submittere, vt boni ciues legibus, debet. Ar. Epiet. lib. 1. cap. 12. c. 54.

Dijs gratias agere debemus, quod superiores nos fecit ijs rebus, quæ in nostra potestate noluit esse, & solnm rationem a nobis repetant, quæ nostri arbitrij sunt, idest recte visorum vsus. Ar. Epiet. lib. 1. cap. 12. c. 58.

Deo placet si quis iuste quidquid facit operatur, & grato animo, æqualiter, continenter, & modeste, nec ob ea, quæ in nostra potestate non sunt, irascitur. Ar. Epiet. lib. 1. cap. 13. char. 58.

Deus vbique est, omnia intuetur, & in die, & in nocte. Ar. Epiet. lib. 1. cap. 14. char. 61.

Deus homines omnes ad foelicitatem, ad constantiam condidit, earumq; rerum instrumenta dedit, quarum alia cuiusque propria, alia aliena, ac aliena, & prohiberi, & cogi, & adimi possunt, nec propria sunt, quæ vero prohiberi non possunt, propria sunt. Ar. Epiet. lib. 3. cap. 24. char. 329.

Dij sunt oculorum signa, mentis numina, si metuis timor est, si contines religio est. Alter. Hadria. & Epiet. char. 233.

Deus est qui omnia tenet. Alter. Had. & Epiet. char. 233.

Deus, leges, & homines prudentes consilium, & voluntatem intuentes, vt quæ in nostra potestate sunt peccata, recteq; facta discernunt, non autem ipsas actiones, quæ in nostra potestate non sunt, & quæ consilij, & voluntatibus discernuntur. Simpl. in Epiet. c. 13.

Deus fons, & principium omnis bonitatis, non prima bona tantum produxit, quæ per se bona sunt, nec bona tantum cum his quæ in bono æterno permanent, sed externa etiam, quorum natura fert, vt ab eo, quod secundum naturam est, auerti queant ad id quod malum dicimus. Simp. in Epiet. char. 118.

Deos esse natura non homines solum, sed & brutæ animantes, & stirpes, & lapides, ea denique omnia, quæ sunt pro sua virili ad numen respiciunt; & homines à pueris à parentibus ad pietatem affuescunt, & omnes homines, & barbari, & Græci tam superiori tempore, quam nunc id attestantur, idest deos esse Acrothoitis exceptis qui vt ait Theophrastus, cum deos non colerent, subito vniuersi à terra absorpti fuerunt. Simpl. in Epiet. char. 148.

Deos Græci theois dixerunt, eo quod currunt, primo ad stellas quæ in coelo circumaguntur, post ad incorporeas quoque naturas, rerum causas, & ad vnicum rerum principium id nomen transferunt. Simpl. in Epiet. char. 148.

Dei figuram ne insculpas anulo. Pythag. Symb. c. 1979.

Dei simulachrum triplex primum est incorruptum, & immortale. Dij immortales, scilicet secundum heroes, vltimum Dæmones subterranei. Hieroc. char. 20.

Dei voluntas est lex, quæ perenniter manens cuncta peragit, & ad perpetuitatem conferuat. Hieroc. char. 21.

Dei bonitas est causa creationis rerum, nam naturaliter bonus est. Hieroc. char. 22.

Deum honorabis non si quid sibi dederis, sed si te dignū feceris, vt ab eo data suscipias, & animo sibi similis fias. Hieroc. char. 23.

Deus mundum non ex fortuna, sed certis legibus ordine produxit. Hieroc. char. 23.

Deum semper præferre oportet si aliud nos ducat lex diuina, ad aliud nos ferant præcepta parentum, nam in his solum parentibus non est obtemperandum, in quibus ipsi diuinis legibus non obediuerunt, in cæteris omnibus parentes colemus. Hieroc. char. 40.

Deum non esse, credere est, qui Deum ignorat, & curare non putat humana. Hieroc. char. 82.

Deus ad nulla mala occasionem præbet, immo quantum in ipso est semper omnibus æque splendentia bona immittit, nō ostendere autem semper omnibus, quo-

niam lumen, & oblita bona plerique non aspiciunt, sed rebus terrenis indulgent propter curam, quam habent ad inferiora. char. 174.

Deo nullum nomen conuenit, nam omne nomen distinctam aliquam notionem complectitur, sed ex his nominibus, quæ rebus ipso posterioribus indita sunt, honoratissima quæque illi tribuimus. Simpl. in Epiet. chart. 157.

Deus curat, & administrat vniuersa, & ea non spernit vt res viles, quas condere non est dedignatus. Simpl. in Epiet. chart. 158.

Deus curat homines, nam magna est pars mundi homo, at si non curat, vt res parua, minora facilius curantur, & si totum mundum curat, ergo & partem, ergo & hominem. Simp. in Epiet. char. 159.

Deus semper omnibus adest exemptus ab omnibus, & eius prouidentia, quia vbique est, & est bonus, & vt à Solis lumine illustrantur omnia, alia vident, alia videntur, alia virent, alia generantur, alia candescunt, alia nigrescunt, alia densantur, alia liquefiunt prout cuiusque captus est, ita immensæ bonitatis omnia participia sunt nihil Deo faciente, vel distracto. Simpl. in Epiet. char. 160.

Deos muneribus, donariis, precibus, & beneficiis, & supplicationibus à sententia deduci, & veniam dare peccantibus, si simpliciter dicitur nefas est, sed si eos qui peccarunt, ex animo delictorum penitet, ista conducunt ad reuersionem ad Deum, cum sint argumenta penitentia non animo tantum summissa, sed etiam corpore inflexo, & prostrato, & rebus externis confessandis, & in ea, quæ Deo probantur impendendis, Deus autem nunquam amouetur à nobis, sed nōs impietate, & peccatis à Deo amouemur, & per penitentiam ad Deum accedimus, & cum Deo coniungimur. Simp. in Epiet. char. 65.

Deus est princeps, & principium omnis pluralitatis, & in ipso non est pluralitas. Auic. de intelligentiis, cap. 1. chart. 64. column. 3.

Deus omnia in se habet, per esse in sapientia, per ordinem, & in amore vtrorumque omnia sunt per esse secundum vocationem, & cum ex Deo facta sunt, non possunt ad nihilum redire, & sic quod maneat esse, in causis, quod corrumpatur in effectibus. Auic. de intelligentiis, cap. 1. char. 64. col. 3.

Deus est pura simplicitas, simplex puritas, & id in quo est id quod est, quia inuenitur liber ab omni adiacentia, & multitudine, per quam & in qua est omne esse, & omnis vnitas habens fixationem, & quod est, si est habet fixationem in ea, & nihil ita est quod fuit, vel erit à præsentia istius, & in eo omnis vnitas non pura in prima vnitate pura fixa est, vt quod vnum est, ideo fit, quia ab vno primo est, & esse primum, & eius vnitas est vna, & eadem causa, & est causa omnis entis. Auic. de intelligentiis, cap. 1. char. 64. col. 3.

Dei vita, & voluntas non est secundum vitam, & voluntatem nostram, quia est volens secundum modum intelligibilis pure, & vita eius est hæc eadem voluntas, ideo volitum primi non est secundum volitum nostrum: quoniam omnia sunt illi præsentia, & creat singula in se ipso. Auic. de intellig. cap. 4. char. 66. col. 2.

Deus tria in se habet, quod est, quod fulget, quod alia facit intelligere, vt in Sole: est, fulget, & illuminet. Auic. de intellig. cap. 4. char. 67. col. 2.

Deum describere volentes Aegyptii oculum pingebant, cui & baculum sustinebant, vt per hoc intelligatur quod omnia videat; & ei sit regia dignitas per sceptrum, nec vnquam labefactari posse per baculum, semper stantem significabant. Lil. Greg. Gyr. in præfatio. Pythag. symb. char. 78.

Dei figuram ne in anulo insculpas, idest sermonem, & sententiam de Deis ne facile manifestes, & diuulges, at

at id significat symbolum ne in delitijs, & propatulo Dei effigiem; ac memoriam habeamus; nam non temere, & vulgo Dei nomen pronuntiandum est. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 101.

Dei non libes ex viribus imperans, id est purgatas Deo actiones offerre debemus. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola, chart. 147.

Dextram ne ad omnia facile iniicias, Pyth. symb. c. 1979.

Dextera non cuique facile porrigenda, id est amicitia non est in eunda temere, & inconsulto cum omnibus. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 130.

Diaphragma primum factum est, quia membra nutritiva emittunt ex se odorem malum, & foetidum, ut per ipsum veniret aer purus, & non immixtus cum illo vapore malo, & fuit stomachus subtus, quia nutrimentum est ponderosius aere. Auic. de animalib. lib. 13. cap. 1. char. 50. col. 4.

Diaphragma si percussit mouet risum. Auic. de animalib. lib. 13. cap. 5. char. 54. col. 1.

Dictionum significatio est tribus modis, parilitatis, continentiae, & comitantie, parilitatis, ut animal significat habens animam sensibilem, continentiae ut significatio corporis ab animali, concomitantiae, ut ex vere significatio fundamētum. Auic. log. par. 1. ch. 5. c. 4.

Dicit apte qui oratione tam ipse iuuatur, quam alios iuuare potest; qui vero magis læditur, & lædit, is dicendi, imperitus est. Ar. Epiet. lib. 2. cap. 24. char. 228.

Dies an nox prius fuit, nox vno die prior extitit. Thaletis problem. char. 232.

Differentia est perfectio speciei ex hoc quod est species. Auic. de anima, par. 1. cap. 1. char. 1. col. 2.

Differentiae nomen intentionem primam significat, & secundam: prima est cum dicitur quod differentia est qua differt aliquid ab aliquo substantialiter, secunda a vulgo est facta, Auic. log. par. 1. char. 8. col. 2.

Differentia alia communis, alia propria, alia magis propria. Auic. log. par. 1. char. 8. col. 2.

Differentia communis est id per quod potest aliquid differre ab aliquo, quod iterum potest differre per illud ab ipso, & per quam aliquid potest differre a se ipso in duobus temporibus. Auic. log. par. 1. char. 8. col. 2.

Differentia propria est id quod accidentibus est prædicabile comitans; & harum propriarum differentiarum sunt quaedam per quæ semper fit differentia, & sunt quaedam, quæ sunt subiecti sui, quibus fit differentia, sed non semper. Auic. log. par. 1. char. 8. col. 2.

Differentiae aliae sunt separabiles, aliae inseparabiles, inseparabilem, aliae substantiales, aliae accidentales. Auic. log. par. 1. char. 8. col. 2.

Differentia magis est quæ constituit speciem adiuncta genere, & concurrat naturæ, & eam perficit, & cæteræ differentiae post hanc adueniunt. Auic. log. par. 1. char. 8. col. 2.

Differentiae aliae faciunt aliud, aliae alteratum, aliud id est cuius natura est alia, alteratum communius, est quam illud. Auic. log. par. 1. char. 8. col. 3.

Differentia est vniuersale simplex prædicatum de specie in quale quid est secundum essentiam generis sui. Auic. log. par. 1. char. 8. col. 3.

Differentia nulla constituit de speciebus, quas continet genus nisi vna tantum. Auic. log. par. 1. char. 8. col. 4.

Differentiae duas habent comparationes, vnam qua constituunt genus, aliam qua illud diuidunt, & ita diuidunt genus, & constituunt speciem, sed genus generalissimum, non habet, nisi diuisivas differentias, & species specialissimæ non habent, nisi constitutiuas. Auic. log. par. 1. char. 8. col. 4.

Differentiae priuatiuæ sunt comitantes rerum comparatione intentionum, quibus carent; quas ponere aliquando cogimur cum non habeamus positium nomen, & ideo priuationes, ut priuationes non sunt in-

tentiones constituentes rem, sed accidunt, & concomitantur respectiue. Auic. log. par. 1. char. 9. col. 1.

Differentiæ vere sunt solum constitutiue cum diuidunt. Auic. log. par. 1. char. 9. col. 1.

Differentia vna non prædicatur prima prædicatione, nisi de vna specie semper, nec prædicatur in quale quid de multis speciebus, nisi secundo, & mediante aliquo. Auic. log. par. 1. char. 9. col. 1.

Differentiæ sunt quibus constituitur essentia rei, siue habeat esse in indiuiduo, siue non habeat, & sunt quibus fit quale esse rei, siue res habeat esse numero, siue nec. Auic. suffic. lib. 2. cap. 8. char. 29. col. 3.

Differentiæ non acquirunt generi certitudinem, sed acquirunt ei esse in actu, ut rationale. Auic. metaphysic. tract. 1. cap. 8. char. 73. col. 4.

Differentiæ vniuersaliusque est alia differentia vsq; in infinitum, quia omne, quod continetur sub intentione communiore, differt ab eo quod sibi conuenit in illa per differentiam sibi propriam. Auic. metaph. tract. 5. cap. 6. char. 90. col. 2.

Difficile quid est nosse sese. Thaletis problem. char. 234.

Difficile est res mutatas in peius pulchre ferre. Biantis problem. char. 236.

Difficile est arcana tacere, otium recte collocare, iniuriam posse ferre. Chilonis problem. char. 236.

Diffinitiones plures, & integras nulla res habere potest, sed vni rei vna est propria definitio. Auic. logic. par. 1. char. 5. col. 2.

Diffinitio ut fiat cuiuscunque rei, si est illa res incompleta nomine tantum significatur, sed si substantie intentione fuerit composita ex intentionibus, ex quibus est eius esse, ita ut hærent ei esse, quia de substantialibus magis propria sunt ei genus, & differentia, ideo definitio composita erit ex genere, & differentia, sed si genus non haberet nomen, poneretur generis definitio, & sic de differentia, nam aut comprehendit omnes intentiones rei, aut ostendit partes. Auic. log. par. 1. char. 6. col. 2.

Diffinitio omnis, vel descriptio est declaratio. Auic. log. par. 1. char. 6. col. 3.

Diffinitio in qua non ponitur genus definiti, licet signet eius naturam, & sit ei æquale, tamen eam non complet. Auic. log. par. 1. char. 8. col. 4.

Diffinitio vere determinat vnam naturam. Auic. metaphysic. tract. 5. cap. 5. char. 89. col. 4.

Diffinitio est composita ex nominibus determinatibus, in quibus tamen non est determinatio alicuius rei signata. Auic. metaph. tract. 5. cap. 5. char. 90. col. 1.

Diffinitio est demonstrans quidditatem rei. Auic. metaphysic. tract. 5. cap. 5. char. 90. col. 2.

Diffinitio rei significat omne id ex quo constituitur essentia eius, vnde contingat, ut contineat materiam aliquo modo. Auic. metaph. tract. 5. cap. 5. char. 90. col. 1.

Digestiua virtus est, quæ dissoluit nutrimentum in animalibus, & præparat illud ad hoc, ut diffundatur æqualiter. Auic. de anima, par. 2. cap. 1. char. 6. col. 1.

Digestio summa est quarta digestio, namque nutrimentum primo digeritur in stomacho, & post fit sanguis in epate, & tertio in venis, & quarto in membris, & post quodlibet membrum præparatur istud ad similitudinem sui, & tunc tali nutrimento fit sperma. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 3. char. 32. col. 1.

Digestio aliqua fit in masticatione, quia membrana in lingua, & palato est eadem cum interiori tunica stomachi, & salua adiuuat calore, in stomacho fit digestio cum admiscetur aquositas potus, ex vniuerso generatur succositas, quæ de facili transit ad venas epatis, & per venas mēseraicas transit ad epar sine qua aquositate non fieret transitus nutrimenti per illas venas graciles, quæ aquositas non ob aliud est necessaria corpori, & ibi fit digestio, & accidit ibi, ut in omni decoctione,

decoctione, scilicet res spumosa, quæ est cholera, & fex melancholica, & sanguis, & si ista decoctio fuerit ibi superabundans, fit inde res adusta, & si non est completa concoctio phlegma, & spuma combusta est cholera adusta, & fex adusta est melancholia adusta, & ambæ sunt non naturales, & melior in his est sanguis, qui in epate est hicosus ob aquositas, a qua purgatur in venis, quæ aquositas per venam rectam magnam fertur ad renes, & cum ea est sanguis, qui dat nutrimentum renibus, & postea aqua transit ad vesicam. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 4. char. 45. col. 4.

Disceri non est nisi ut habeatur aliquid in futuro. Auic. de anima, par. 4. cap. 3. char. 19. col. 3.

Discipuli erga Doctores bonarum artium præstare debent, quæ erga parentes, & forte altiores, cum non corporis, sed nostri ipsorum sunt, & non naturali necessitate, sed bona voluntate. Simp. in Epiet. char. 134.

Dispositio, quæ separat id, quod est per naturam, non est dispositio naturalis. Auic. metaph. tr. 9. c. 2. c. 102. c. 2.

Differendi ars est instrumentum, quo cetera iudicare possumus. Ar. Epiet. lib. 1. cap. 17. char. 67.

Diuisibile omne aut est mēsurā, aut habens mensuram. Auic. suffic. lib. 2. cap. 11. char. 33. col. 4.

Diuersum est magis commune, quam aliud. Auic. metaph. tract. 7. cap. 1. char. 95. col. 3.

Diuinis de rebus absque lumine ne loquaris. Pythagoræ symbola, char. 1979.

Diuina lex iubet sua tueri, aliena non sibi vendicare, sed iis cum dantur uti, cum non dantur ea non desiderare, & cū qs repetit expedite restituere, & statim hēre gratiā p eo tpe, quo vtēda dedit. Ar. Ep. l. 2. c. 16. c. 179.

Diuina prouidentia omnia ex nō entibus produxit ordine incomprehensibili omni intellectui, vnde quædā essentiali dignitate alia aliis præferuntur, ita ut ea, quæ circa vniuersalem causam proximè creduntur, & intelligunt esse nulla superiore creatura interposita, principalissime vniuersalitatis conditæ, vel conditione, creduntur, & prædicantur, deinde alia ex aliis a summo vsque ad deorsum, id est ab initio intellectualis creature vsque ad infimum omnium, quod est corpus. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 1.

Diuinos sermones, ac diuina præcepta qui immiscunt corruptis, ac obscenis verbis non secus faciunt, ac qui cenoso puteo lymphidissimam infundunt aquam. Lil. Greg. Gyr. in præfat. Pythag. symb. char. 71.

Doctrina sepe non prohibet nos errare, tum quia agens non est affectus doctrinam perfecte, tum quia affectus est eam, sed plurimum prætermittit eam, & abundat in suo sensu, tum quia desidia prætermittit eam, tamen quamuis ita sit inquirens scientiam non ita accidit error, ut illis qui non habent doctrinam, & poterit corrigere suum errorem, & errabit, ut fit in neglectis. Auic. log. par. 1. char. 2. col. 4.

Doctrinæ exercitia conferunt ad securitatem errorum. Auic. log. par. 1. char. 2. col. 4.

Doctrinalis scientiæ subiectum est mensura, siue intellecta absque materia, siue in materia, & numerus, siue intellectus absque materia, siue in materia. Auic. metaph. tract. 1. cap. 2. char. 70. col. 3.

Dolor, tristitia, sollicitudo, & memoria non sunt accidentia corporis, ut est corpus, sed dispositiones rei coniunctæ cum corpore, nec sunt nisi cum est coniunctio cum corpore, habet enim ea corpus propter animam. Auic. de anima, par. 4. cap. 4. char. 20. col. 3.

Dominus cuiusque is est, qui ea, quæ ille vult, aut non vult, potestatem habet, vel cōseruandi, vel eripiendi, ergo qui liber esse vult, nec cupiat, nec auerferur quicquam eorum, quæ apud alios sunt, sin minus seruire, necesse est. Epiet. char. 81.

Domo cum discesseris ne reuertaris, furia enim congregantur. Pythagoræ symbola, char. 1979.

Domus ornamentum innatum indelebile, perenne est modestia. Epiet. sent. char. 224.

Dormiendum non esse in meridie, id est in manifesta luce nō esse cōnuēdū. Lil. Gre. Gyr. in Pyth. symb. c. 138.

Dorsum iuuat ut sit via nuchæ, ut custodiat membra nobilia anteriora, & quia sit basis omnium ossium, & ad eleuationem, & depressionem, & incuruationem corporis, ideo est factum de multis spondilibus. Auic. de animalib. lib. 14. cap. 3. char. 55. col. 2.

Dorsi pectini circumstant duo ossa dextra, & sinistra, & coniunguntur cum medio iūctura forti, & sunt quasi fundamētum omnium ossium superiorum, eleuatum ad superiora, & quodlibet eorum diuiditur in quatuor, & quod est apud partem syluestrem dicitur testium, & os illorum quod est versus anterior dicitur os pectinis ventris, & posterior dicitur ancha, & quod est versus domesticum, dicitur pixis coxæ. Auic. de animalib. lib. 14. cap. 4. char. 55. col. 4.

Dualitas est primum numerorum, & est vltima paucitas numerorū, quæ paucitas est respectu aliorum numerorum, sed in se non est pauca. Auic. metaph. tract. 3. cap. 5. char. 80. col. 4.

E



ERIETATEM vitabis si ebriorum deformitatē ante oculos tibi posueris. Anacharsidis, pbl. c. 237.

Echo adoranda est cum fiat ventum, id est procul a libitibus se recipiant ciues. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola, chart. 169.

Efficiens communis potest intelligi duobus modis, vno qui facit primū opus, ex quo cætera opera habent ordinē, alio modo qui participatur ad modū vniuersalis, primo modo est inesse essentia vna numero, secundo modo est res intellecta, completens essentias multas conuenientes in intellectu, ut sunt efficientes. Auic. suffic. lib. 1. cap. 2. char. 14. col. 3.

Elatio animi vanitatis est argumentum, & a recta viuēdi ratione aliena est, est enim tumor inanis, & præter naturam ad exteriora se diffundens aulus ab interioribus. Simp. in Epiet. char. 94.

Electio nullo pacto potest extra moueri, quin licet res eligenda extrinsecus sit, electio tamē ipsa, & motus ad rem eligendam intus existit. Simp. in Epiet. char. 8.

Elementa perceptibilia sunt gnationis, & corruptionis, & multiplicant numero, & spē simul, & p volūtate, q̄ est i vnoquoq; celorū p corp⁹, p corporales dispōnes, q̄ sūt i suis materiis, igit formę cōtinuā gnationē, & corruptionē, quare natura cōtinet eas, & res, q̄ sunt p generationē, & corruptionē. Auic. de intel. c. 4. c. 66. c. 1.

Elementaria corpora sunt gnata corruptibilia, vnde oportet ut eorū principia p̄p̄inqua sint res recipientes varietatē, & motū, & quod intelligentiæ pura nō sit eorum causa sola. Auic. metaph. tract. 9. cap. 5. c. 105. c. 2.

Elementa habent materiam in qua cōueniunt, & formā in qua differunt, vnde oportet ut ad esse diuersitatum suarum formarum eooperetur diuersitas corporum celorum, & ad esse conuenientiam eorum in materia eooperetur conuenientia dispositionis corporum celorum. Auic. metaph. tract. 9. cap. 5. char. 105. col. 2.

Eluxum ne affēs, id est benignitas, & māsuētudo nō est inducenda ad iram. Lil. Gre. Gyr. in Pyth. symb. c. 143.

Enchiridij scopus modo sint q̄ obtēperarēt animū nostrū in eā asserere libertatē, i qua a parēte, & auctore Deo p̄ductus est, ut neq; formidet q̄q̄, nec vlla re doleat, neq; vllī deteriori naturę seruiat. Simp. i p̄. Epic. c. 3.

Enchiridion inscribitur, quod ut pugio militibus, ita hic libellus his qui recte vivere student, paratus, & in pròptu perpetuo esse debet. *Simp. in p. em. Epict. c. 3.*

Entium, quæ denudari possunt à motu, veritas est duplex, aut necessaria, ut Deus, aut non necessaria, sed sit, ut non est hoc impossibile, & unitas causalitas, & numerus, qui est multitudo. & hæc aut considerantur, ut sunt id, quod sunt ipsa, & eorum consideratio non variatur in hoc, quod spoliata sunt, sed erunt tunc de tota consideratione, quæ est in rebus ex hoc quod non sunt in materia, quia hæc ex hoc, quod sunt ipsa non sunt in materia, aut considerantur secundum hoc, quod accidit eis non habere esse, nisi in materia, & hoc diuiditur in duo, quia aut accidit, quia impossibile est eas intelligi, nisi in respectu ad materiam specialem, & motum, ut consideratio de vno, ut est ignis, aut aer, & de multis ut sunt elementa, & de causa ut est calor, aut frigus, & de secundo intelligibili, ut est anima, id est principium motus corporis. *Auic. log. par. 1. char. 2. col. 1.*

Entia quorum esse non est ex voluntate nostra, vel opere, diuiduntur in duo in res, quæ commiscuntur motui, & in res, quæ non commiscuntur motui, quæ commiscuntur motui, diuiduntur in duo, aut in res, quæ non habent esse, nisi quia possibile est ipsas admisceri motui, ut est humanitas, aut in res, quæ habent esse absque hoc, & quæ non habent esse, nisi quia admisceri possibile est motui diuiditur in duo, quæ sic sunt quod non possunt esse, nec intelligi absque materia propria, ut forma humana, aut sic, ut intelligi possunt absque materia, sed non esse, ut quadratura ad quæ intelligendam non est, necesse aliqua materia, nec considerari in aliqua dilpõe motus, res quæ commiscuntur motui, & hęc esse sine illo sūt, ut idēitas, unitas. *Auic. log. p. 1. c. 2. c. 1.*

Entia aut habent esse non ex nostro arbitrio, vel opere, aut habent esse ex nostro arbitrio, & opere, primarum cognitio vocatur philosophia speculatiua, secundarum philosophia actiua. *Auic. log. par. 1. char. 2. col. 1.*

Ens ut ens est subiectum metaphysicis, & inquit consequentia entis, ut est ens sine aliqua conditione. *Auic. metaph. tract. 1. cap. 1. char. 7. col. 3.*

Entium alia sunt omni modo in actu, alia sunt in actu, secundum aliquid, & secundum aliquid in potentia, & quicquid est in potentia solet exire ad effectum, qui est oppositus ei, & alius fit subito, alius non fit subito. *Auic. suffic. lib. 2. cap. 1. char. 23. col. 1.*

Entia omnia causantur à scientia Dei, & artificialia causant ab intellectu artificis. *Auic. de intell. c. 4. c. 65. c. 3.*

Ens primum dat omnibus esse, ut vita prima dat omnibus vitam, intelligentia dat eis, quæ sunt sub intelligentia scientiam, quia non illuminatur nisi iuuentamento intelligentiæ, & luminis primo simile, ideo tria inuenimus in ipsa, quod est, quod fulget, quod illuminet inde illa disciplinabilia, quæ sunt in disciplinis tradita, non intelliguntur nisi ab alio illustrentur. *Auic. de intelligentis, cap. 4. char. 66. col. 3.*

Ens & si non est genus, nec predicatum equaliter de iis, quæ sub eo sunt, tamen est intentio de his, quæ sub eo sunt, in qua conueniunt secundum prius, & posterius. *Auic. metaph. tract. 1. cap. 6. char. 72. col. 4.*

Enthymema est imperfecta ratiocinatio. *Ar. Epict. lib. 1. cap. 8. char. 37.*

Enthymemata, & epichremata tot modis in oratione mutari possunt, quot modis ea quæ inter se parē vim habent mutari possunt, hoc fere modo, si mutatus es, & non reddidisti, debes mihi pecuniam, vel nonne cum mutuatus sis, & non reddideris pecuniam mihi debes? *Ar. Epict. lib. 1. cap. 8. char. 37.*

Epatis non habet fila in se, quia non oportebat moueri. *Auic. de animalib. lib. 1. char. 29. col. 3.*

Epatis substantia diuersa est à substantia venarum, &

non est remotum, ut substantia eius fiat ab eo, quod discurrit per arterias, ex epate nascuntur instrumenta nutriti. *Auic. de animalib. lib. 3. cap. 1. ch. 3. 1. col. 3.*

Epar est membrum in quo generatur sanguis, & est caro rubea quasi sanguis coagulatus, & est vacua à neruositate, & in ea sparguntur venæ, & istæ venæ sunt à stomacho, & intestinis, mediantibus ramis venientibus à cima epatis, & in ipso venit vena pulsatilis, quæ ei præbet calorem, & venæ quæ sunt propinquoere epati sunt subtiliores, & membrana quæ comprehendit epas ligat ipsum cum membrana, quæ cooperit stomachum, & intestina, & cum diaphragmate, & cum lateribus posterioribus, & continuatur cum corde per venam magnam. *Auic. de animalib. lib. 1. 3. cap. 7. chart. 52. column. 4.*

Epiglottis componitur quasi ex partibus circularibus, quarum quædam sunt circulares, quædam circuli portiones, & vna obuiat alteri, & quæ est propinqua isophlio quæ caret nomine est circularis, & pars anterior est cartilago reliqua membrana, & durities eius iuuat in emissionē vocis. *Auic. de animal. li. 13. cap. 1. c. 50. c. 4.*

Epistola est tacitus nuncius. *Alterc. Had. & Epict. c. 23 1.*

Epicteti vitam, & obitum scripsit Arrianus, & Enchiridium composuit delectis ex Epicteti disputationibus locis necessarijs. *Simp. in proœm. Epict. char. 3.*

Equi & muli impinguntur ex potu, & asini ex multo potu aquæ, & cameli, & equi appetunt potum aquæ turbidæ, ideo si est clara equi eam motu pedum turbidant, & postea bibunt. *Auic. de animalib. lib. 8. cap. 1. char. 36. col. 4.*

Equus qui per astutiam luxuriavit cum matre, re cognita, proiecit se in terram, & mortuus est. *Auic. de animalib. lib. 8. cap. 7. char. 40. col. 3.*

Equa si impregnatur ab equo si post coit cum asino corrumperetur, quod est in vtero propter frigus, si coit cum equo non corrumpitur. *Auic. de anim. l. 16. c. 2. c. 62. c. 1.*

Equæ sæpe vomunt sperma equi, quia non multum appetit matrix attrahere sperma equi, & mingunt ipsum, ideo custodes equarum laborant in hoc, ut retineant. *Auic. de animalib. lib. 16. cap. 2. char. 62. col. 1.*

Erica calor est infusus in membris, & differt à complexionē membrorum. *Auic. de anima, par. 4. cap. 5. chart. 21. column. 2.*

Eruditi, quare præstant indoctis, spe bona. *Chilonis problem. chart. 236.*

Erythimum non edas, sed Pythagoras abstinentum putat etiam à scaro, a mugilibus, & labrace, & ab vtriusque marina, quia veneris stimulos affert, & abstinendum à Trigla, quia per eam sermōnis numeri mysterium coleret, nec edenda est vulua, quia est generandi sedes, & per id coitum, & venerem fugendam monet, & à morticinis animalibus, id est ab his, quæ per se mortua sunt. *Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 115.*

Essentias rerum prout sunt in intellectu sequuntur suppositio, predicatio, vniuersalitas, particularitas in predicando, & essentialitas, & accidentalitas. *Auic. logic. par. 1. char. 2. column. 2.*

Essentia rerum aut sunt in ipsis rebus, aut in intellectu, unde habent tres respectus, vnus essentialis, ut ipsa non est relata ad aliquod tertium esse, nec ad id quod sequitur eam, ut ipsa est sic, alias respectus, ut est in singularibus, & alius ut est in intellectu. *Auic. logic. par. 1. char. 2. column. 2.*

Essentia rerum, quæ sunt extra non habent in se essentialitatem, nec accidentalitatem omnino, nec est aliquod complexum, vel incomplexum, nec suppositio, nec argumentatio, nec exterior huiusmodi, & cum eas considerare volumus, ut sciamus opus est colligere eas in intellectu, & tunc accident eis dispositiones proprias intellectui, præcipue cū contendimus apprehendere incognita ex cognitis. *Auic. log. par. 1. c. 2. c. 2.*

Essentiam quæ quod est id quod est habet, & qua est eius necessitas, & qua est eius esse. *Auic. log. par. 1. ch. 3. c. 4.*

Essentiam rei significat secundum sensum vulgare id, quod significat intentionem, qua res est id, quod est, quod tunc fit cum res habet omnes suas proprietates substantialiter tam communes, quam proprias. *Auic. log. par. 1. ch. 5. col. 1.*

Esse omnia, quæ in mundo sunt habent siue præsentia, siue præterita, siue futura, in sapientia creatoris, & angelorum intellectualium secundum aliquid, & in animabus, quæ sunt angeli coelorum habent esse secundum aliquid. *Auic. de anima, par. 4. cap. 2. ch. 18. col. 4.*

Esse, vel fieri quicquid incipit necessario eius effectio est ex duabus causis, vna est materia ex qua fit, altera est priuatio, & sic de eo quod destruitur. *Auic. de cœlo, & mundo, cap. 4. ch. 37. col. 4.*

Esse diuidi potest in duo, quorum vnum non est necessarium, impossibile etiam non est si cadit sub esse, aliud quod cum consideratum fuerit per se eius esse, est necessarium. *Auic. metaph. tract. 1. cap. 7. char. 73. col. 1.*

Esse duobus modis est, vnū est id quod cū sit in aliquo, eius existentia, & species acquisita est in se ipsa, non est sicut pars eius, nec potest esse sine eo, & hoc est, quod est in subiecto, aliud est quod est, sed non est in aliquo hoc modo, quoniam nullatenus est in subiecto. & hoc est substantia. *Auic. metaph. tract. 2. cap. 1. char. 74. c. 4.*

Essentia rei quæ est in potentia non potest esse causa rei, quæ est in effectu, quia oportere ut eius essentia prius esset, deinde fieret causa alterius, siue prioritas sit tempore, siue essentia. *Auic. metaph. tr. 2. cap. 4. ch. 17. c. 2.*

Esse est id quod vere desideratur. *Auic. metaph. tract. 8. cap. 6. char. 100. col. 1.*

Exercitatio omnīs in idē rebus perficitur, per quas principalis actio ad quæ exercetur. *Simpl. in Epict. ch. 62.*

Exercitationes neque contra naturam, neque admirabiles esse debent. *Ar. Epict. lib. 3. cap. 1. 2. ch. 273.*

Existimatio de nobis in nobis non fita est, quamuis occasionēs quasdam nos ipsi ei præbeamus, sed in his qui de nobis existimant, penes eos enim est, existimare quicquid velint. *Simp. in Epict. ch. 25.*

Exteriora sunt materia voluntatis, quibus illa tractandis sunt illa, aut bonum, aut malum consequantur. *Ar. Epict. lib. 1. cap. 29. ch. 104.*

Eximatio de nobis non est nostra, nec in potestate nostra sita. *Simp. in Epict. ch. 79.*

Eximatiua vis est ordinata in summo medicæ cocauitatis cerebri, apprehendens intentiones non sensatas, quæ sunt in sensibus, & in imaginatis ut operari copositionis, & amissionē. *Auic. de ani. p. 1. c. 5. c. 5. c. 2.*

Eximatiua abstrahit à materia intentiones immateriales, quamuis accedat illas esse in materia. *Auic. de anima, par. 2. cap. 2. ch. 7. col. 1.*

Eximatio mediante virtute imaginatiuæ ostendit formas animæ, & penes eam consistit redditio formarum sensibiliū. *Auic. de anima, par. 3. cap. 8. char. 16. col. 3.*

Eximatiua est virtus, quæ apprehendit res ita ut sensus doceat aliquid de ipsis, & aut sunt sensibiles, ut cum videmus cyatholum iudicamus esse mel, & dulce, & operari in hōis iudicia, ppria, conuincta cū singularitate, & forma sensibili. *Auic. de ani. p. 4. c. 1. c. 17. c. 3.*

Eximatio fit multis modis, vno dispositio à diuina clemētia, alio quod fit pro experientiam, alio ad modum similitudinis. *Auic. de anima, par. 4. cap. 4. ch. 19. col. 2.*

Eximatio habet dominium inter virtutes apprehendentes in animalibus, cupiditas, & ira habent dominium inter virtutes mouentes, quæ sequuntur desideratiua, & postea virtutes mouentes, quæ sunt in musculis. *Auic. de anima, par. 4. cap. 4. ch. 20. col. 3.*

Ex intelligentia prima ex hoc quod intelligit, & ex hoc quod est possibilis in se ipsa, prædit sphaera prima cū suis partibus, materia, & forma. *Auic. de intel. c. 4. c. 65. c. 2.*



FABIS abstine: Pythagore symbola. *char. 1979.*

Fabis abstinet, non solum homines præcipit Pythagoras, sed & bouem, cui cū in aurem locutus esset à fabulo perpetuo abstinuisset, ait Iamblicus, & Politianus, abditum mysterium, ita ut Tymcha Pythagorica, cum eadem Dionysius cogeret reuelare, ipsa arcanum ne prodiret, mordicus sibi linguam præcidens in faciem Tyranni expuisse dicitur. *Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola. chart. 102.*

Faba si macerata ad Solem per aliquod temporis spatium dimittatur, seminis humani odorem contrahit, & ea florente si vna cum flore in olla circumlita concludatur humique obruatur, & post aliquos dies effodatur pudendi muliebris effigiem habere reperietur, & mox etiam puerilis capitis, Lucianus ait, Si viridem fabam folliculo exuas apparere virilibus genitalibus similem, cœtum si nocturno tempore ad Lunam certo spatio demiseris sanguini per similem fieri. *Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 103.*

Fabis abstinet, id est à suffragijs, quæ per fabas bicolores ut plurimum feruntur, vel tum stimulent Venere ab ipsis, id est à Venere abstinentum. *Plicatæ Arcadiæ Populi cū omnibus qui hospitati erant, Cererem ipsa legumina dedisset præter fabam, eam hoc argumento impuram putarunt, Gellius non credit Pythagoram fabas, sed pro fabis testiculos intellexisse, alij ideo putant, quia in ipso fabæ flore lugubres litteræ reperiuntur, & magi existimant mortuorum animas fabis inesse, & quod fabæ quod malū succū habent, insomnia turbulenta faciūt. Lil. Greg. Gyr. in Pyth. symb. c. 103.*

Facere nihil absque ratione consuece. *Pythagoræ aurea verba. char. 1978.*

Facile quid est alium monere. *Thaletis problem. c. 232.*

Facta aliena nec laudemus, nec vituperemus, nisi eius scopo cognito, ut si quis lauar cito, dicendum cito lauet, non male lauit, si quis multum bibit, dicito multum bibisse, non male. *Epict. char. 2059.*

Facta in hoc coæterna factori sunt, quia principium numquam fuit sine causis primis, & in hoc non coæterna, quia factori suo non sunt coæterna, & ea præcedit factor, nā essent coessentialia, ut nullum sine altero manere potest, sed factor, & facta non sunt coessentialia relatiua, sunt semper & simul, & factor sine facto esse non potest, & factum sine factore esse non potest, ut per rationem causæ, & causati coæterna esse non desinunt, quia erat in causa, quando non erat in effectu. *Auic. de intell. cap. 2. char. 64. col. 4.*

Facta aliquo modo Deo coæterna sunt, quia nunquam fuit sapientia sine primordialibus rerum causis in se factis, quod aut non omnino coæterna, quia causæ rerū primæ propter infinitam sui diffusionem, & incōprehensibilem altitudinē, & ineffabilis puritatis excellentiam nullo percipiuntur intellectu, excepto eo qui eas in principio formauit, ex effectu vero illarū cognoscit, quia sunt non quid sunt. *Auic. de intell. c. 2. c. 64. c. 4.*

Familiarē rem si probe administrare cupis, Lycargum imitare, ciues enim virtute munivit, sic tu ne magnam domum cōplectere, nec altis turribus eam adornato, sed habitatores beneuolentia, fide, amicitia confirma, si nullo modo mali ingredientur. *Epict. sent. ch. 224.*

Fames est desiderium calidi, & sicci. *Auic. de anima. par. 2. cap. 3. char. 7. col. 4.*

Farinam attingere nefas erat flammæ diali, quod sitibus imperfectus, & indigestus. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola. char. 148.

Fel. & vesica non accipiunt nutrimentum à superfluitate, quæ decurrit in ea, quia corpus vtriusque est nervosum. Auic. de animalib. lib. 13. cap. 5. char. 53. col. 4.

Fel, quæ non habent cholera sua spargitur cum suo sanguine ad negocium sui corporis, & cistis fellis est ad mundificandum sanguinem. Auic. de animalib. lib. 14. cap. 1. char. 54. col. 2.

Ferunt magis imparata tela, quam præparata. Simpl. in Epictet. chart. 77.

Ferrum est omnis artis instrumentum. Alterc. Hadr. & Epictet. chart. 231.

Fidem non facit de alio. quod non sufficit ad intelligendum illud esse, vel non esse. Auic. de anima, parte 1. chart. 3. column. 1.

Figurarum tria sunt genera, quædam sunt linearum rectorum, aut circumflexarum, quædam rectorum, & circumflexarum, quædam sunt vnius lineæ ambientis vndique, & harum alix sunt rotundæ, alix non, vt oui, & lenticulæ figura. Auic. de celo, & mundo, cap. 8. char. 40. col. 1.

Filium cur deploras cum lachymis nihil proficias, ob hoc ipsum quod nihil proficit. Solonis probl. ch. 236.

Filij vt in parentes fuerint, tales suos filios in se ipsos experientur. Simpl. in Epictet. char. 133.

Finis est ad quem actio deferretur. Simpl. in Epictet. ch. 116.

Finis cuius omnes partes sunt, tunc totum finitum erit, sed omnes partes firmamenti finitæ sunt: ergo firmamentum finitum est. Auic. de celo, & mundo, cap. 5. char. 38. col. 1.

Finem aliquid non habere dicitur duobus modis, aut secundum potentiam agendi, cui nihil potest resistere, aut secundum qualitatem, cum eius distensio, longitudo, & magnitudo, & rotunditas, non habet terminum iuxta quem terminatur. Auic. de celo, & mundo, cap. 5. char. 38. col. 1.

Finis verus non est nisi apud quem est quies. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. char. 93. col. 4.

Finis est ille propter quem res est, & aliquando est in aliquibus rebus in ipso agente solum, vt gaudium, & victoria, & aliquando in alio ab agente, qui aliquando est in subiecto, vt perfectio motuum qui proueniunt ex cogitatione, vel natura, aliquando est in aliquo tertio, vt cum quis aliquid agit, vt alicui placeat. Auic. metaph. tract. 6. cap. 4. char. 93. col. 4.

Finis alius est per essentiam, alius est necessarius: finis per essentiam est causa quæ queritur propter se ipsam, necessarium est, vel quod est aliquid, quod necesse est esse ad hoc, vt sit finis, in quantum ipsum esse est causa finis aliquo modo, vt durities ferri, vt incidat, vel vt sit necesse esse, vt sit finis non quod ipsum sit causa, sed quia est concomitans eam, vel est aliquid cuius esse comitatur causam finalem, vt causa filiorum, & coniugij causa finalis. Auic. metaphysic. tract. 6. cap. 5. char. 94. col. 2.

Finis vno respectu est finis, & alio respectu est verum bonum, vel putatur. Auic. metaphysic. tracta. 6. cap. 5. char. 94. col. 4.

Finis qui acquiritur actione agentis diuiditur in duo, in finem, qui est forma, vel intentio in patiente receptibili actionis, & in finem, qui non est forma, nec intentio in patiente receptibili villo modo, est igitur in agente. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. char. 94. col. 4.

Flegma est sanguis non decoctus, & suum iuuamentum est quod quando deficit nutrimentum ipsum, restaurat, & tunc si multum fuerit in illo corpore, potest per multum temporis durare sine cibo, & tale contingit aliquando hominibus sanis. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 2. char. 37. col. 2.

Flegma est materia sanguinis, & si sit sanguis amittit multum de sua humiditate. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 2. char. 45. col. 2.

Flegma est materia sanguinis, & dulce: in comparatione ad corpus est parum frigidum, sed ad sanguinem est multum frigidum, & cum sit necessarium ad omnia membra, ideo non habet membrum determinatum, fit falsum immixtione terrestrium amarorum, cum humiditate aquosa, sed si particulæ multæ essent adustæ, esset amarum, & potest fieri falsum per putrefactionem in ipso, & in transmissione cholere ad intestina aliquando accidit oppilatio, & dicitur cholericæ, & egestio erit tunc alba, & color citrinus, & aliquando citrinatur cholera in se, & accidit cinis in ea, & sua citrinitas adunatur cum aquositate sua, & est res pessima. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 5. char. 46. col. 1.

Felicitati nullus aditus relinquatur, vbi turbæ sunt, vbi terrores, vbi molestiæ, vbi appetitiones irritæ, & auersationes inanes, vbi inuidia, & æmulatio. Ar. Epictet. lib. 3. cap. 22. char. 308.

Felicitatem omnes ponunt in adeptione desideratarum rerum, & in euitatione fugiendarum. Simpl. in Epictet. chart. 35.

Felicitas verissima non perficitur, nisi per rectitudinem illius partis animæ, quæ est practica. Auic. metaph. tract. 9. cap. 7. char. 107. col. 3.

Fœminæ sæpe non habent futuram in capite. Auic. de animalib. lib. 1. cap. 29. col. 4.

Fœminæ quæ multum appetunt luxuriari sæpe abortiunt. Auic. de animalib. lib. 18. cap. 1. char. 63. col. 4.

Fœtus cuiuslibet generis ex sene malus est. Auic. de animalib. lib. 5. cap. 2. char. 34. col. 3.

Forma omnis perfectione suæ naturæ conuenienti prædita bona est, & non mala. Simp. in Epictet. char. 115.

Forma omnis est perfectio, sed non omnis perfectio est forma. Auic. de anima, par. 1. cap. 1. char. 1. col. 3.

Forma differt à priuatione, quia forma est essentia per se ipsam, scilicet est additum esse super esse, quod habet hyle: priuatio vero non addit esse super esse quod habet hyle, sed comitatur eam ad modum comparationis eius ad hanc formam cum non habuerit esse, nisi in potentia ad recipiendum illam, & hæc priuatio non est priuatio absolute, sed est priuatio habens aliquem modum essendi, quia est priuatio rei cum præparatione, & aptitudine ad illam in materia designata. Auic. suffic. lib. 1. cap. 2. char. 15. col. 1.

Formam appeti ab hyle, & eam assimilari masculo, & hyle fœminæ non concedit Auicenna, nisi figurate loquendo. Auic. suffic. lib. 1. cap. 2. char. 15. col. 2.

Formæ alix generantur, & corrumpuntur, & ipsæ sunt, quæ in generatis, & corruptibilibus sunt, alix quæ nec generantur, nec corrumpuntur, & sunt, quæ in sempiternis dicuntur creare formæ non generari, nec corrumpi, quia non sunt compositæ ex materia, & forma, vt generentur, & corrumpantur. Auic. suffic. lib. 1. cap. 3. char. 13. col. 4.

Formæ, & esse perfectio non est nisi ex comparatione priuationis, quæ cõtingit ei aliquo respectu, & constitutio priuationis, & esse est ex comparatione ipsius ad formam. Auic. suffic. lib. 1. cap. 3. char. 15. col. 4.

Forma dicitur essentia, quæ quædo fuerit habita in materia constituit speciem, & forma dicitur ipsam esse speciem, & figura, & depictio, & dispositio congregationis, & ordo viuendi, vt lex, & omnis affectio quæcunque fuerit, & certitudo cuiusuis rei. Auic. suffic. lib. 1. cap. 10. char. 19. col. 3.

Forma quæ est in anima principium est eius, quod contingit in materia. Auic. de anima, parte 4. cap. 4. chart. 20. column. 4.

Forma impressa in materia corporeali non est nisi aliquid subsistens in rebus singularibus visibilibus, & vnaquæque

que pars earum habet comparationem in effectu, aut in potentia ad vnamquamque partium formæ. Auic. de anima, par. 5. cap. 2. char. 23. col. 2.

Forma non habet esse nisi in hyle, quia ipsa dat esse hyle, vel ipsa est in hyle, vt hoc quod causa non est nisi cum causato, non quod causa sit illi causa efficiendi causato, sed quod cum fuit causa in effectu, sequitur ex ea esse causatum, & est cum ea, sic cum forma habuerit esse sequitur, & hoc vt constituat aliquid, quod adiungitur suæ essentia, & quod constituit est res in effectu, & dat illi esse. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. c. 3.

Forma non est per materiam nisi fortasse secundum accidens, quia forma non est in effectu, nisi per eam. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 3.

Forma corporeitatis, vt forma corporeitatis in se non diuersificatur, quia est vna natura simplex, quæ non potest specificari differentijs superuenientibus sibi, in quantum est corporea, sed si superuenierint differentiæ, quæ sunt res sibi adiunctæ extrinsecus, erunt aliquæ ex formis à materia separabilibus, & iudicium de eis non est, vt de veris differentijs; nam diuersificatur tantum vt est calida, vel frigida, vel quia terrestris, vel terrestris. Auic. metaph. tract. 2. cap. 2. char. 76. col. 1.

Forma materialis non habet esse separata à materia, Auic. metaph. tract. 2. cap. 4. char. 77. col. 1.

Forma quamuis non separatur ab hyle, tamen non constituitur ab hyle, sed à causa, quæ acquirit sibi hylem, hoc autem quod hyle causa sit sui, & in ipsa hyle est, vt hoc quod causa non est nisi in causato: nam cum forma habuerit esse forma sequitur, vt constituat aliquid, quod aliquid coniungitur suæ essentia, & id quod constituit est res in effectu, & dat ei esse. Auic. metaph. tract. 2. char. 79. col. 4.

Forma est res ex qua fit aliquid primum, quæ fit in materia, & ex earum coniunctione fit corpus. Auic. metaph. tract. 2. cap. 2. char. 85. col. 2.

Forma est semper pars quidditatis in compositis. Auic. metaph. tract. 5. cap. 5. char. 90. col. 1.

Forma aliquando dicitur omnis intentio, quæ in effectu est adaptata vt agat ita, vt substantia separata etiam sint formæ; & secundum hanc intentionem dicitur forma omnis dispositio, & actio quæ est in recipiente vnto, vel composito: ita vt motus, & accidentia sunt formæ, dicitur etiam forma id per quod constituitur materia in effectu, & tunc substantia intelligibiles, & accidentia non erunt formæ, & dicitur forma id per quod perficitur materia, quamuis non constituitur per illud in effectu, & dicitur forma quidquid fit in materijs per artificium: & dicitur forma proprie species rei, & genus eius, & differentiæ eius, & hoc totum, quia totalitas totius formæ est etiam in partibus. Auic. metaph. tract. 6. cap. 4. char. 93. col. 3.

Formæ rerum naturalium sunt apud causas præcedentes naturam aliquo modo, apud naturam præcedentes secundum solitum cursum suum aliquo modo. Auic. metaph. tract. 6. cap. 4. char. 93. col. 4.

Forma finis, & efficiens aliquando est vna res diuersis modis; quod in artificio contingit; nam ipsum artificium est forma artificij in anima, eo quod in anima fabri est forma, motus ad formam domus. Auic. metaph. tract. 6. cap. 4. char. 93. col. 4.

Forma omnis sensibilis, & imaginabilis non apprehenditur, vt est sensibilis, & imaginabilis, nisi cum instrumento diuisibili, & sicut attribueret ad quas ex multis actionibus ei quod est necesse esse ei imperfecto, sic etiam attribueret ei multa ex modis intelligendi, sed necesse esse non intelligit quidquid est nisi vniuersaliter, & cum hoc non deest ei aliquid singulare. Auic. metaph. tract. 8. cap. 6. char. 100. col. 2.

Formam ab aliquo fluere cuius natura est vt intelligatur, differt à fluere ab aliqua forma intellecta, in qua-

tum est intellecta tantum, absque additione aliqua. Auic. metaph. tract. 8. cap. 7. char. 101. col. 1.

Forma omnis est causa, vt sua materia sit in effectu: nam materia non habet existentiam. Auic. metaphysic. tract. 9. cap. 4. char. 105. col. 2.

Formicæ fugiunt à fumo toracis, & si ad foramen earum fouearum ponitur, aut sulphur, aut arse cutis, aut organum agrestis, moriuntur, & omnia animalia fugiunt à fumo cornu cerui. Auic. de animalib. lib. 4. cap. 2. chart. 33. column. 2.

Formidinem parit animæ sanguis tenuis, aquosus, frigidus, clarus. Auic. de anima, parte quarta, capit. 6. char. 21. column. 4.

Fortis animo, & audacissimus est, qui habet sanguinem grossum non turbidum, cum fuerit multi caloris. Auic. de anima, par. 4. cap. 6. char. 22. col. 1.

Frigis sit ex quiete, & constringit materias. Auic. de celo, & mundo, cap. 16. ch. 42. col. 2.

Fortitudinem sibi sociam, & adiutricem capit in duris, & asperis rebus, qui ratione & recta vitur mente. Hieroc. char. 58.

Fortuna gratiam habeo, quia homo sum, non bestia, vir non mulier, Græcus non barbarus. Thalet. vel Socrat. problem. ch. 235.

Fortuna est vt matrona nobilis, quæ in seruos se impingit. Alter. Had. & Epictet. ch. 232.

Fortuna est sine iudicio proxima meta, alienorum bonorum casus ad quem venit splendorem ostendit, à quo recedit, vmbra facit. Altercat. Hadria. & Epictet. chart. 232.

Fortunæ sunt tres, vna cæca, quæ vbilibet se impingit, alia insana, quæ concedit cito aufert; tertia furda, quæ miserorum preces non exaudit. Alterc. Hadria. & Epictet. chart. 233.

Fortunæ munera non sunt solida, & firma, insidit enim saxo rotundo, quæ dat alicui, ab illo aufert, & alii concedit, à quo iterum aufert: qui ei fidem habet, maximas patitur iacturas, bonam esse aiunt qui accipiunt, malam qui amittunt. Ceбетis Tabula, chart. 47.

Fortuita actio vocatur cum sola imaginatio fuerit principium desiderij, Auic. metaphysic. tract. 6. cap. 5. chart. 94. column. 1.

Frigidi in corpore sunt phlegma; sepum, & pinguedo post capillum, & ossa, cartilago, & post ligamentum, & post chorda, & membrana post nerui, nucha, medulla cutis. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 2. chart. 45. column. 2.

Frons lata significat stultum, rotunda iracundum. Auic. de animalib. lib. 1. ch. 29. col. 4.

Frustra vocatur cum finis, qui est virtuti mouenti, qui est terminus motus cum fuerit, & non fuerit finis alius, qui est post illum quem intendit desiderium, qui est finis desiderij, vt qui iuit ad locum in quo putabat inuenire amicum, & non inuenit, dicitur frustra iuisse ad illum locum. Auic. metaphysic. tract. 6. cap. 5. ch. 94. col. 1.

Forum est certus locus in quo alius alium fallat, & circumueniat. Anacharsidis problem. ch. 237.

Forum est templum libertatis, arena litigantium. Alter. Hadr. & Epictet. ch. 233.

Fugare decet omni studio ab vniuersisque machinamentis, ferro, & igne abscondere, à corpore morbum, à victu luxum, ab animo ignorantiam, domo discordiam, ciuitate seditionem, ab omnibus denique intemperantiam. Pythag. symb. ch. 1979.

Fatum quod appellamus, id pendet à Dei prouidentia, à rerum serie, à voluntate hominum. Hieroc. chart. 82.



GALLINAE maiores corpore ferunt plura oua, vsq; ad sexaginta, & sunt quaedam, quæ dicuntur. Regis Hadriani, & sunt longe corpore, & ponunt quotidie, & sunt quæ ponunt quotidie bis. Auic. de animalib. lib. 6. cap. 1. char. 34. col. 4.

Gallum nutrias quidem, ne tamen sacrifices Soli enim, & Lunæ dicatus est. Pythagoræ symbola. char. 1979.

Gallum nutrias, non tamen sacrifices, alii interpretantur milites habendos, sed ad sacra, sed ad vrbs custodiam, alii idem de gloriosis hominibus intelligunt, alii pro gallo amantes intelligunt. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symb. char. 126.

Gallus est Soli, & Lunæ dicatus, fabulæ Marti satellitem fuisse tradunt, gentes Aesculapio rem sacram facientes gallum mactabant, & Lacedæmonii cum hostes profligassent gallum mactare solitos, & Ioui sacrum esse dixerunt antiqui. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola. chart. 127.

Gaudium est de accidentibus virtutum apprehendentium. Auic. de anima, par. 4. cap. 4. ch. 20. col. 2.

Gaudio duo debentur, confortatio virtutis naturalis, & spiritus à dissolutione, quia cogit eum gaudium dilatari. Auic. de anima, par. 4. cap. 5. ch. 21. col. 3.

Gaudium parit animæ sanguis multus clarus, temperatus inter grossitiem, & tenuitatem, propter abundantiam spiritus splendentis puri temperatæ consecutionis, & inter tenuitatem, & grossitiem generati ex eo. Auic. de anima, par. 4. cap. 6. ch. 21. col. 4.

Genitorum causa est multitudo spermatis, quousque fundatur in aliam partem vsque ad interioris orificium in matrice, quousque implet in circuitu. Auic. de animalib. lib. 7. cap. 5. ch. 23. col. 3.

Generis natura imperfecta est, & interminata, nisi perficiat eam natura differentie, cui cum ipsa aduenit fit species. Auic. de anima, par. 1. cap. 1. ch. 1. col. 2.

Genus est quod prædicatur de pluribus differentibus in eo quod id est. Auic. log. par. 1. ch. 6. col. 1.

Generis eiusdem vocabatur illi, qui à Cæsare descendebant, & dicebantur Cæsares, & qui ab vna prouincia, vt ab Aegypto Aegyptii, & ab artibus, & officiis, & tandem vt aiunt Logici, est genus vnum in intellectu, quod habet comparisonem ad multa, quæ conueniunt in eo. Auic. log. par. 1. ch. 6. col. 1.

Genus est quasi semen differentie, & proprii, non tamen intrat in substantiam eorum. Auic. log. par. 1. chart. 7. column. 4.

Genus aliud est genus, quod non potest esse species, quoniam supra illud non est aliud communius genus, & aliud quod supra se potest esse aliud communius genus, & potest fieri species, & sic de specie, vt possit fieri genus, & quæ non potest fieri. Auic. log. par. 1. chart. 8. column. 1.

Genus naturale cum dicitur dare ei, quod est sub se nomen suum, & definitionem, hoc non est verum, nisi accidentaliter. Auic. log. par. 3. ch. 12. col. 2.

Genera generum plura sunt, quam vnum, & sunt finita, species specierum, quæ sunt in natura finita sunt, in se autem infinitæ sunt in potentia, indiuidua vero infinita sunt secundum generationem, & prioritatem, & posterioritatem, & sensationem, & collocationem de eis in tempore terminato, finitum est diuisio. Auic. log. par. 3. char. 12. col. 3.

Generis cognitio prior esse debet cognitione speciei, cum genus sit pars in diffinitione speciei, & ideo debent cognosci principia rerum communium prius, quam res communes, & hæc priusquam res minus communes. Auic. suffic. lib. 1. cap. 1. ch. 13. col. 2.

Grues, & apes habent principem, formicæ habent coadunationem, & non habent principem. Auic. de animalib. lib. 1. char. 29. col. 2.

Generis natura, quæ est corpus est substantia in qua potest ostendi coniunctio aliquorum, quæ solent in ea coniungi, sit ergo collectio longa, lata, & profunda. Auic. metaph. tract. 5. cap. 3. char. 88. col. 3.

Generis natura si non prædicantur de collectione, non prædicantur de indiuiduo, sed esset pars indiuidui. Auic. metaph. tract. 5. cap. 4. char. 89. col. 1.

Genus, & differentia in definitione, vt vnumquodque eorum est pars definitionis, ex hoc quod est definitio non prædicantur de definitione, nec definitio de ipsis, non enim dicitur definitio esse genus tantum, vel differentia, vel e conuerso, sed vt genera, & differentie sunt naturæ consequentes naturam, prædicantur de definito. Auic. metaph. tract. 5. cap. 5. ch. 89. col. 4.

Genera generalissima nulla sunt contraria. Auic. metaph. tract. 7. cap. 1. ch. 95. col. 3.

Generatiua virtus habet duas actiones, quarum vna est creare corpus, & figurare, & formare, altera est attribuere partibus eius in permutatione secunda formas earum, id est virtutes, dimensiones, & numeros, & figuras, asperitatem, & lenitatem, & his adherentia: cui inserviunt nutritiua, & augmentatiua, quæ cum augmentum habent quasi ad perfectionem corpus resurgit generatiua, & generat sperma, & semen, in quo quiescit virtus eiusdem generis procreandi, vt consequentur species, nutritiua vero, & augmentatiua versatur circa particularia. Auic. de anima, par. 2. cap. 1. char. 6. col. 2.

Generatio fit per formam, non per priuationem, & priuatio fit per priuationem, non per formam, & res fit ex hyle, & priuatione. Auic. sufficient. lib. 1. cap. 2. chart. 15. column. 1.

Generatio omnibus communia principia sunt forma, materia, priuatio. Auic. suffic. lib. 1. cap. 3. ch. 15. col. 3.

Generatum omne corruptibile est, quia eius virtus permanendi finitur, & ob hoc corruptio ei necessaria est, quia est generatum, vel compositum ex materia, & forma: in cuius materia est virtus permanendi ipsam formam, & virtus corrumpendi. Auic. de anima, par. 5. cap. 4. char. 25. col. 1.

Generatum esse post illud ex quo generatur, necesse est esse in omni generatione alicuius de aliquo. Auic. metaph. tract. 8. cap. 2. char. 98. col. 3.

Generatio est quoddam quod accidit post vitam, sed postquam vi, est specificata post se, res est terminata per se: ergo hæc & similia sunt, & vniuersitate dispositionum consequentium post specificationem vitæ in speciem, quamuis sit comparatiua fini, vnde quidquid fuerit de passionibus, & comitantibus secundum hunc modum non sunt de differentiis generum. Auic. metaph. tract. 5. cap. 4. ch. 89. col. 1.

Geometria, quæ est de disciplinabilibus, non potest careere materiis in sui definitione absolute, quamuis careat specie materierum. Auic. metaph. tract. 7. cap. 2. chart. 96. column. 3.

Gladiator est sine crimine homicida. Altercat. Hadria. & Epiet. chart. 231.

Gladius est regimen castrorum. Altercat. Hadria. & Epiet. chart. 231.

Gladium acutum auerte, id est abstinendum ab iis, qui periculum afferre possunt, alii malam linguam interpretantur. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 194.

Gloriam ex actionibus tuis ne ambias, nec aliquid facias ostentationis causa. Epiet. chart. 206.

Grammatica progreditur vsque ad distinctionem litterarum, sed an scribendum, vel ne non considerat. Ar. Epiet. lib. 1. cap. 1. char. 7.

Grues cum volant ascendunt multum in aerem, & si non se vident propter nebulas, percutiunt fortiter aerem, vt se sentiant, & cum dormiunt ponunt vigiles, vt cæteras custodiant, & ponunt caput sub ala præter regem, qui dormit capite discoperto, & si sentit tumultum expergeficit alias per sonitum quem facit. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 4. char. 38. col. 4.

Gustus est vis ordinata in neruo expanso super corpus lingue ad comprehendendum sapores solutos ex corporibus contingentibus ipsum cum permiscerentur humori vntuoso lingue permixtione permutanti. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 5. col. 1.

Gustus apprehendit sapores, dulcedinem, amaritudinem, acetositatem, stipticitatem, ponticum, acuitatem, vntuositatem, falsedinem, & insipiditatem, & medios sapores. Auic. de anima, par. 2. cap. 4. ch. 8. c. 3.

Gustus utilitas est in actione per quam perficitur corpus, quæ facit desiderare nutrimentum. Auic. de anima, par. 2. cap. 4. char. 8. col. 3.

Gustus reddit sapores si salina expers est saporum, si aliquibus saporibus est admixta non reddit. Auic. de anima, par. 2. cap. 4. char. 8. col. 3.

Gustus apprehendit multum, & apprehendit numerum cum inuenit plures gustus in corporibus, secundum motum, & quietem, & quasi figuram apprehendit, sed leuiter, sed ad hoc tactu iuuatur. Auic. de anima, par. 3. cap. 8. char. 17. col. 2.

Gustus fit à neruis cerebri pertingentibus linguam, & palatum. Auic. de anima, par. 5. cap. 8. char. 8. col. 3.

H



HABITVS omnis, & facultas consentaneis operibus retinetur, & augetur deambulationis deambulando, cursionis currendo, lectionis legendo, & si intermittas, difficilius operabis. Ar. Epiet. lib. 2. cap. 18. char. 189.

Habitus, & priuatio non habent medium in subiecto. Auic. metaph. tract. 7. cap. 1. char. 96. col. 1.

Haruspicum responsis parendum. Epiet. char. 167.

Herbam molochinam sere, non tamen edas. Pythagoræ symbola. char. 1979.

Herbam molochinam sere, ne tamen edas, videatur inuitare nos ad mäsuetudinem, molochia herba est inter malæ species. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 133.

Heri qui postulant vt famulus sit ipso melior stultus est. Simp. in Epiet. char. 81.

Heroes sunt medium genus earum substantiarum, quæ ratione vtuntur. Hieroc. char. 31.

Heroes appellantur Deorum filij, non quod ex mortaliu coniunctione geniti sint, sed quod ex simplici eorum causa proueniunt, vt lux concurrens substantiæ lucentis corporis. Hieroc. char. 34.

Heros quilibet est anima rationalis liquido, & puro corpori aduicta, similiter & homo anima rationalis cum corpore immortalis sibi innato. Hieroc. char. 178.

Hirundinem domi ne recipias. Pythag. symb. char. 1979.

Hirundinem domi ne suscipias, intelligendum ne garulicis, & nugacibus fidem præstemus, nec eorum consuetudinem, ac consortium habeamus, vel cauendum ab amicis, qui infelicitatis tempore recedunt, vel ne ingratum, instabilemque; amicum, & conuictorem nobis comparemus. Lil. Greg. Gyr. in Pyth. symb. ch. 92.

Homo delectatur lucrando. Biantis problem. char. 236.

Homines ab iniurijs maxime detereri possunt, si ij qui læsi non sunt, æque iniquis animis tulerint, atque ij qui læsi sunt. Solonis problem. char. 236.

Homo res quæ non sunt in sua potestate, vt corpus & huiuscemodi, quæ aliena sunt non sunt putanda propria, sed tantum id, quod suum est, suum putare, & sic semper felix erit, sed si aliena sua putabit, semper perturbatus erit. Epiet. cap. 3. char. 2.

Homo si sua bona in sua potestate posita, recte amplexus fuerit, nemo illum coget, aut impedit sic appetere, & nihil inuitus agit, a nemine lædatur, inimicum non habebit, & nihil detrimenti capiet. Epiet. char. 26.

Homo cum appetit ea, quæ in sua sunt potestate, non mediocriter ad ea incitatus esse debet, sed omnia alia relinquere, & in aliud tempus differre; nam si appetit magistratus, & opes fortasse, nec hæc consequitur ob priorem illorum desiderium, & illis omnino excidit, per quæ sola libertas, & felicitas comparat. Epiet. c. 28.

Homines perturbantur non rebus, sed iis quæ de rebus habent opinionibus, vt mors non est malum, alioqui & Socrati ita visum esset, sed opinio de morte malum eam facit, ideo si impedimur, & distrahimur non alios culpeumus, sed nos metipsos, id est nostras opiniones. Epiet. chart. 44.

Homini omnia secunda accidentia, si ea quæ sunt, vt fiunt ita velit fieri, non autem velit fieri, vt vult. Epiet. c. 55.

Homo ad se conuersus inquirere debet, qua facultate sit instructus ad usum eius, quod illi inciderit, si formosum, vel formosum videris temperantia in promptu erit, si labor tolerantia, si conuicium patientiam inuenies, quod si irate assuefeceris, vilis non obtemperabis. Epiet. chart. 70.

Homo si proficere vult, hæc missa facere debet, si mea neglexero non erit vnde viuam, nisi castigauero puerum malus erit, præstat enim perire fame, timoris, & molestie expertem, quam copis rerum omnium circumfluentem, animo viuere perturbato, & puerum malum præstat, quam te infelicem, a paruis auspicare, si puerum vocas fieri posse cogita, vt non sit præsto, & vt nihil agat ex animi tui sententia, nec ei tam bene sit, vt tuarum perturbationum habeat ille potestatem. Epiet. chart. 75.

Homo si proficere vult non debet recusare quo minus ob rerum externarum neglectum amens, vel fatuus habeatur. Epiet. char. 78.

Homo scire nihil putare debet, etsi ab alijs quis videretur, ipse sibi diffidere debet, & facile non esse conseruari in eo statu, qui est naturæ consentaneus, & res externas amplecti, sed aliter non posse fieri, vt alterum curet alterum negligat. Epiet. char. 79.

Homo stultus est si vult vt liberi, vxor, amici perpetuo viuant, & floreat, & si seruum peccare non vult, idem enim est ac si vitium non esse vitium velit. Epiet. c. 80.

Homo in vita sic versari debet, vt in conuiuio, si quid circumfertur partem eius modeste capiat, præterit, nec detinere debet nondum adest, expectare debet, donec ad ipsum veniat, si sic erit circa externa aliquando dignus erit conuiuio Deorum, sed si oblata non acceperit, sed despexerit imperu quoque confors erit. Epiet. chart. 83.

Homo si euilantem aliquem viderit in lectu ob dolorem rerum externarum, cognoscat non illum casum cum affligere, sed conceptam de eo opinionem, & oratione sua eum subuenire debet, & si res tulerit cum eo congemiscere, sed cauendum ne intrinsecus eum

etiam congemiscat. Epict. char. 84.
Homo res externas ut sunt accipere debet, at non eas eligere. Epict. char. 86.
Homo si cupit studium sapientiæ sumere, statim se parare debet, quasi futurum ut irrideatur, & dicant subito philosophum ipsum esse, & unde supercilium istud? ille habere supercilium non debet, sed omnia optima a Deo concessa, sed si in eodem statu permanferit, sciat iis tadem admirationi fore, qui illum prius deriserunt, at si illis succubuerit sciat dupliciter fore deridendum. Epict. char. 93.
Homo si cupit aliquibus videri philosophus se de statione eiectum esse sciat, satis enim illi sic a se ipso videri philosophum esse. Epict. char. 95.
Homo non se cruciare debet, si sine honore viuit, quia malum est in vitio viuere, sed cum locum in ciuitate habet quem potuit integritas, & verecundia conseruata. Epict. char. 98.
Homo cum vidit illi aliquem prælatum esse in conuiuium, aut salutatione, aut in dando consilio gratulari debet illi cui bona ea contigerant, sin mala ne doleat, eaque sibi non accidisse gaudeat, cum illa non agat propter quæ illa parantur, sciat fieri non posse, ut in illa incidat. Epict. char. 104.
Homo ad sua ita affectus esse debet, ut ipse affectus est ad aliena, ut si filius alterius obit, omnes dicunt humanum est, idem agendum si ipse id accidit, & non flendum, seque miserum appellare. Epict. char. 107.
Homo in familiaribus congressibus non debet commemorare sua facta, non enim ut illi iocundum est ea recensere sic aliis suaue non est ea audire, & nec risum mouere debet, obseruanti in se aliorum minuet, & periculum est ut ad obsequium progrediar, & quis in hunc sermonem incidit, vel obiurgari, vel ostendere id sibi displicuisse debet. Epict. char. 188.
Homo cum aliquid facit, non videndum quid vulgus iudicet: nam si perperam facis, rem ipsam fuge, sin recte quod eos vereris quod non recte reprehendunt? Epict. c. 192.
Homo in conuiuiis, & in omnibus rebus iustitiam seruare debet, & sumere, quæ ad corpus attinent, & reuerentiam conuiciatori conseruare. Epict. char. 192.
Homo non debet quod optimum est eligere, sed quæ ipsi accommodata sunt: nam si personam eius assumit, quæ suas vires excedit indecore geret, & quam ipse sustinet negliget. Epict. char. 194.
Homo ut in deambulando cauere debet ne clauum calcet, vel pedem distorqueat, sic in degenda vita ne gubernatricem actionum mentem suam lædat, ideo in quaque re caute obseruare debet. Epict. char. 195.
Homo si quis illi malediceret, vel fuerit, opinari debet id ei ex officio esse faciendum, si male iudicet damnum sibi facit, qui decipitur, & sic æquo feret animo dicens ita illi visum est. Epict. char. 199.
Hominis plebei status est, & nota nunquam a seipso, nec vtilitatem, nec damnum expectare, sed a rebus externis. Epict. char. 207.
Hominis proficientis signa sunt neminem reprehendere, neminem laudare, vel culpate, accusare, & nihil de se prædicare, quasi aliquid sit, vel sciat, si in aliquo impeditus est, se ipsum accuset, si laudatur deridere laudatorem si reprehenditur non se defendere, & se ipsum obseruare, ut inimicum, & insidiatorem. Epict. char. 207.
Homo cum præcepta intellexit, ea seruare, & secundum ea cito agere debet, nec differre. Epict. char. 212.
Homo natus in paupertate non debet ditescere cupere, nec ob diuitias, & amictum, & alias res externas efferri debet, sed ob humanitatem, & beneficentiam. Epict. sent. char. 220.
Hominis profecto mirabiles sunt illi qui neque viuere velint, neque mori. Epict. sent. char. 227.

Homines lepidi sunt, qui rebus nostræ potestati non subiectis gloriantur, diuitius, magistratu, solum virtute gloriarı oportet. Epict. sent. char. 228.
Homo illustris maxima adiumenta ciuitati afflictæ affert si ipse paucis sit contentus, ut in portibus pyræ paucis sarmentis magnam edentes flammam errantibus in mari nauibus, multum afferunt iuamenti. Epict. sent. char. 230.
Homines delictis suis parare defensionis gaudent. Epict. sent. char. 230.
Hominibus, quæ fortuitis casibus contingunt, quam antequam sortem habueris, sine perturbatione feras. Pythagoræ aurea verba. char. 1979.
Homo purgatur per philosophiam, & ad similitudinem Dei traducimur virtute, & veritate; virtuti irrationalis vehementia perturbationum extruditur: veritas diuinam speciem, quam ex natura secum habet, reasumit. Hieroc. char. 12.
Hominem bonum facit ciuili philosophia per acquisitionem virtutum, inspectiua vero per splendorem, intellectus, & veritatis similitudinem Dei exhibet. Hieroc. char. 135.
Hominibus pijs dicebat Apollo Pythius tantum gaudeo quantum celo. Hieroc. char. 25.
Homo pius, & religiosus est, qui diuinarum rerum artē habet, & eius perfectionem, tanquam honorem optimum causæ bonorum omnium, hoc est Deo, cum studio acquirendi offert, ac Deum, qui natura bene factor est rependit, & ut capacem accipiendi bona se faciat, eos honorat, qui semper ipsa bona largiuntur. Hieroc. char. 25.
Hominis potestate non sunt corpus, pecuniæ, & simpliciter omnia, quæ extra animum nostrum permanent, non enim in nostra potestate est principatum acquirere, vel seruare, sed in nostra est potestate eas, vel accipere, vel relinquere cum virtute. Hieroc. char. 60.
Homines qui omnino mortem fugiunt, vel cupide pecunias conseruare desiderant, necessarium est magnas exercere iniurias, & contumelias. Hieroc. char. 62.
Hominibus calamitates neque a fato, aut fortuna omnino eueniunt, nec forte, aut casu, nec omnis hominis vita in eorum voluntate ponenda est, sed quæ nos peccamus ad voluntatem nostram referre oportet, & omnia bona principaliter a Deo data, ad prouidentiam referenda sunt. Hieroc. char. 74.
Humanos casus, qui egre fert, & effeminati luget, sponte sibi dolorem, & ægritudinem auget, tum deditus propter paupertatem mestitudini impotens omnino fiet, nec sibi ex se aliquid suppeditare poterit, nec a proximis adiutus erit, nisi quis misericordia motus aliquid sibi largiatur quod etiam homini in tanta indigentia existenti mœrorem auget. Hieroc. char. 87.
Hominis diligentiores sunt circa omnes res, quam circa semetipsos, pro quibus diligentiam vehementissimam habere deberent. Hieroc. char. 97.
Homo sapiens non negligit corporis salutem, id enim nutrit ad animæ necessitatem. Hieroc. char. 98.
Homini non est vtile quiddid præter virtutem est, immo damnum est. Hieroc. char. 98.
Homini id maximum affert damnum, quod illum a similitudine Dei abducit. Hieroc. char. 99.
Homo ea facere in omni re debet, quibus roboratur virtus, & firmatur. Hieroc. char. 101.
Hominis vilis, & timidi est dicere, aut facere stulta. Hieroc. char. 103.
Homo malus, & sceleratus suam animam immortalem esse non vult, ne apud inferos iudicem inueniat, ne cruciatus poenam inueniat. Hieroc. char. 105.
Hominis vita vitiosa molestijs ex necessitate plena est, & doloribus, virtuosa vero suauitatibus, & dulcedine. Hieroc. char. 113.

Homo

Homo inferiorum est primus, superiorum vltimus, vt primus Diis immortalibus comparatur, quia intellectum habet, ut vltimus, quandoque mortalibus commiscetur, quod cum sit, quia legem Dei præterit ab dignitate sibi conueniente decidit: nam ut vltimus generum ratione vrentium non semper intelligit, si semper intelligeret non esset homo, sed Deus, & Angelorum ordini misceretur. Hieroc. char. 152.
Homo ex ignorantia existentie rerum, & sperat, quæ non sunt speranda, & quæ fieri non possunt excogitat, idem euenit si putet animam mortalem cum corpore ob ignorantiam immortalitatis, quæ animis nostris inest, expectat, quæ expectare non decet, nec ut fiant possibile esse idem, qui putant mutari in Deorum genus, aut in feram, & in brutum animal mutari, vel in plantam errat, ignorans firmum, & immutabile, quod per existentiam speciei inest animis hominum: semper enim animus manet, atque homo nunc in Deum, nunc in feram acquisitione vitii mutari dicitur cum naturaliter, neque fera sit, neque Deus, sed aptus ex vtriusque similitudinem accipiat. Hieroc. char. 154.
Homo, qui ærumnas relinquere cupit, mortalem naturam primo amoueat oportet, fieri certe non potest, ne malis, quæ illam sequuntur ex necessitate repleatur, ut discessus a Deo nos amissione pennarum ad locum morientium impulsi, quibus mala superuenire necesse est, sic remotio a terrenarum rerum mortalium affectione pennas reddit, quibus ad locum ærumnarum vacuum nos abducit. Hieroc. char. 159.
Homines soli a malis liberantur, qui ad disciplinam ostendent nobis propria bona accedunt, & qui participat societate diuorum virorum, at pauci sunt, qui quo pacto a malis liberentur intelligant, cognoscentes quæ forte vrantur. Hieroc. char. 172.
Homo a natura habet ut superiora consideret, inferiora ordinet, ad illa perficienda veritate, ad hæc virtute ciuili indiget. Hieroc. char. 180.
Hominem nefas est ad genus Deorum accedere putare, nisi illum qui animo veritatem acquisierit, & virtutem in spirituali ipsius vehiculo puritatem. Hieroc. c. 190.
Homo quid videre non potest alterius animum. Alter. Had. & Epict. char. 231.
Hominis peccant cupiditate. Alter. Had. & Epict. c. 231.
Homo lassus non fit lucrum faciendo. Altercat. Hadr. & Epict. char. 231.
Homo pauper est quem ut puteum desertum omnes aspiciunt, & suo loco illum relinquunt. Altercat. Hadr. & Epict. char. 232.
Homo quid est Balneo similis, prima cella tepidaria vntuaria, infans natus perungitur, secunda cella sudatoria pueritia est, tertia cella assa per ferentaria iuuentus, quarta cella frigidaria senectus omnibus æquat sententiam. Alter. Had. & Epict. char. 232.
Homo est poma similis, poma ut in arboribus pendent, sic sunt & corpora nostra, aut maturo cadunt, aut si cito acerba ruunt. Alter. Had. & Epict. char. 232.
Homo est vt lucerna in vento posita. Altercat. Hadr. & Epict. char. 232.
Homo est loci hospes, & legis imago. Calamitatis fabula, mancipium mortis, vitæ mora, quo fortuna sæpe suos ludos facit. Alter. Had. & Epict. char. 232.
Homo duo permixta habet in suo ortu, corpus commune cum ceteris animantibus, & mentem cum Diis, alii ad cognationem inclinant illam in foelicem, & miseram, pauci ad hanc diuinam, & beatam. Arr. Epict. lib. 1. cap. 3. char. 17.
Homo maledicus, & subdolos nil aliud est, quam vulpes, aut aliquid infelicis. Arr. Epict. lib. 1. cap. 3. char. 18.
Homo appetere non debet, nisi quæ in potestate sua sunt. Arr. Epict. lib. 1. cap. 4. char. 19.

Homo duobus modis conuertitur in lapidem, vno rationis, altero reformidationis, cum quis ita est obfirmato animo, ut rebus euidentibus assentiendum esse non putet, nec a pugnantibus recedendum. Arr. Epict. lib. 1. cap. 5. char. 24.
Homo non solum est spectator Dei, & operum Dei, sed & explicator, & eo vsque contemplari ea debemus ubi natura nobis desinit: desinit autem in contemplatione, & intelligentia, & totius vitæ ratione naturæ conuenienti. Arr. Epict. lib. 1. cap. 6. char. 28.
Homini liberam potestatem Deus dedit, & bene, & male agendi, nec ipse sibi vim aliquam ad eam probandam, vel impediendam reseruauit. Arr. Epict. lib. 1. cap. 6. char. 31.
Homo si tanta contentione ad munera animi accederet, quæ ad externa, felix esset. Arr. Epict. l. 1. c. 10. c. 45.
Homo si perfectus esse vult se exercere, primo debet in minimis rebus, & ab iis factis initio ad maiora transendum. Arr. Epict. lib. 1. cap. 18. char. 73.
Homo est animal ratione particeps mortale, rationis vsu eum separatus a feris, & ab ouibus, & alius eius generis si ventris causa cum propter inguem, cum temere, cum sordide, aut incōsiderate ad oues declinat, si pugnat, noxie, iracunde, impetuosè ad feras declinat. Arr. Epict. lib. 2. cap. 9. char. 147.
Homo si grammaticam, si scientias, si res externas amittit in damno ea deputat, si modestiam, mansuetudinem, & verecundiam amiserit nihili pendit, & priores sunt res externæ, & non voluntarie perire possunt. hæc autem sua culpa; illa nec amittere, nec habere turpe est, hæc & non habere, & amittere probrosum, & calamitosum est, nemo enim sine iactura malus est. Epict. lib. 2. cap. 10. char. 152.
Homines his rebus student, eaque amant, quæ bona sunt, sed si non cognoscit, & bona, & mala putans bona esse amat, sapiens solum bona tantum amat, & non mala, alii nihil perinde amant, atque vtilitatem, & id quod vtile, bonum esse credunt. Arr. Epict. lib. 2. c. 22. c. 215.
Hominis vitiosus animus incōstans est, iudicii experts alias aliis vincitur visis. Arr. Epict. lib. 2. cap. 22. char. 217.
Homo bonus in tribus se exercere debet, in appetitione, & auersione, ut neque appetendo frustretur, neque aduersando in id incidat, quod non vult, alter in animi cōcitatione, & auocatione, itemque officii locus, ut ordine, vt cōsiderate, & non negligenter res administret, tertius versat in eo ne fallamur, & frustra habeamur, denique in assensionibus horum præcipuus est is, qui in perturbationibus versatur. Arr. Epict. lib. 3. c. 2. c. 145.
Homo duo a se auferre debet arrogantiam, & diffidentiam, arrogantia est eorum, qui sibi nihil deesse putant, diffidentia eorum qui existimant se inter tot casus rebus prosperis uti non posse, arrogantiam tollit reprehensio, diffidentia ne curat philosophia, quæ ostendit quomodo sine impedimento appetitione, & auersione uti liceat. Arr. Epict. lib. 3. cap. 14. char. 282.
Homo in quacunque actione priusquam eam facere aggrediatur, antecedentia, & consequentia, atque naturam suam considerare debet si placent aggredi, sin non relinquere oportet. Arr. Epict. lib. 3. cap. 15. char. 285.
Homo ex omnibus rebus externis fructum capere debet, ex malis hominibus, morte, & omnibus aliis. Arr. Epict. lib. 3. cap. 20. char. 293.
Homo cum aliqua re afficitur, ea sic affici debet, ut eripi illam posse statuas, & perturbatione vacandum esse si eripitur, & omnia tibi data esse, ut terræ fructus, qui tempore congruo dati sunt, quo transacto non amplius habere potes. Arr. Epict. lib. 3. cap. 24. char. 340.
Homo semper cogitare debet a Deo in hoc mundo factum esse, & curare debet suam stationem rite tueri, & Deo suam præstare obedientiam, si Deus non illo eget in hoc mundo amplius, in discedendo parendum, ut liber,

liber, vt mandatorum Dei obediens, & hæc noctu, hæc interdum cogitare, nosse enim oportet se natum esse mortalem. Ar. Epiet. lib. 3. cap. 24. char. 341.

Hominis proprium est contemptus mortis, appetere, aut non appetere, abhorreere ab aliqua re, reliqua sunt aliena. Ar. Epiet. lib. 3. cap. 26. char. 364.

Homo surgens e lecto mane statim cogitare debet, quæ illi desunt ad vacuitatem perturbationum, & quid ad animi tranquillitatem, quid sit a societate alienum, quid neglectum sit. Ar. Epiet. lib. 4. cap. 6. char. 416.

Homo cum aliquid boni facere debet tunc facere: nam si se emendare vult hodie, & dicat cras animaduertam nil aliud dicit quam hodie ero impudens, impertunus, abiectus, penes alios erit me dolore afficere, irascar hodie, inuidebo: si cras conducit, multo magis hodie, vt in cras possis, nec in tertium diem reijcias, Ar. Epiet. lib. 4. cap. 12. char. 450.

Homines qui his præceptis à Epicteto traditis obtemperant, vitam beatam possident, nec tamen necesse habent post mortem remunerationem polliceri, quamuis & hæc omnino securitatem sit, Simpl. in proem. Epiet. char. 4.

Homo vulgaris demersus in materiæ fordibus, ab eaque oppressus, non est magis rationis particeps, quam animal brutum, ac verbo potius homo quam re ipsa, qui vero verus homo est id curet, vt corpori mens imperet, & corpore, vt instrumento, vtatur. Simpl. in proem. Epiet. char. 5.

Homo est, animus rationis capax, qui corpore, vt instrumento quodam vtitur. Simpl. in proem. Epiet. char. 6.

Hominem, qui curare vult curet animum, nam qui corpus curat, non hominem, sed instrumentum curat, qui pecuniam curat, & id genus alia, non hominem, non instrumentum, sed quæ instrumento seruiunt, curat. Simpl. in proem. Epiet. char. 7.

Hominum animi corporis addicti desiderijs libertatem suam amittunt. Simpl. in Epiet. char. 11.

Homo bonum suum, ac malum in semetipso positum, habet. Simpl. in Epiet. char. 23.

Homo cum afficitur iis, quæ sui iuris non sunt, si ea eripiuntur, ea etiam amittit, quæ in sua potestate sunt, & quo illi nemo eripere potest, rectum appetitum, & rectam declinationem. Simpl. in Epiet. char. 27.

Hominis boni, & sapientis, vita iocundior est, alioqui non eam amplectetur, & in ea laquiter non acquiescetur. Simpl. in Epiet. char. 28.

Homo relinquere debet, quæ cum animi ratione præditi vita non consentiunt, vt forditæ diuitiæ principatus imperia, delitiæ, & corporis voluptates: differre vero debet res externas, quæ prudenter tractatæ bonis animi non offiunt, vt parare domum, vel seruitium, legitima nuptiæ, ingenuorum liberorum procreatio, iustus magistratus, & aliquando rerum necessariarum curatio. Simpl. in Epiet. char. 29.

Homines qui à praua consuetudine ad meliorem vitæ rationem transire incipiunt, primum euomere debent malæ vitæ venenum, & tum demum bonæ vitæ cibis ali. Simpl. in Epiet. char. 37.

Homines res externas desiderantes seruis infeliciores sunt; nam illi inuiti absurda herorum mandata exequuntur, illi autem & lætatur, & rationes comminiscimur, quibus ea consequamur. Simpl. in Epiet. char. 82.

Homo cum aliquid rerum externarum illi accidit, quæ malum videntur affluere debet ad taciturnitatem, donec æstum animi deseruuisse intellexerit, & canem suum internum latrare desisse: Socratem enim vehementer commotum tacuisse aiunt. Simpl. in Epiet. c. 92.

Honor omnis non est admittendus, sed prudentum tantummodo, quorum testimonius tuto credi potest. Simpl. in Epiet. char. 95.

Homo mereri de oibus non potest, & si voluntas in ipso

est, facultas autem non est in ipso, multa enim aliarum causarum adiumenta desiderat. Simp. in Epiet. ch. 106.

Homines desiderijs frustrantur, & in his, quæ fugimus incidimus, ideo harum rerum auctores odimus, nec non eos qui cum possunt non auerfant eas à nobis, sed conuincant. Simp. in Epiet. char. 143.

Homo si differt vna die ad bona peragenda pressio petit vnoquoque die nota quædam imprimatur, & vel boni, vel mali qualiscunque fit accessio. Simpl. in Epiet. char. 214.

Homines omnes impostura seducit, errorem, & ignorantiam propinans. Ceбетis Tabula. char. 46.

Homines nascentes genius mandat quid eis faciendum in vita, sed impostura illis propinat errorem, & ignorantiam, hanc sequuntur opinioniones, cupiditates, & voluptates quas singuli amplectuntur quo homines amplectuntur aliæ ad salutem, aliæ ad interitum, sed ob poculum imposturæ quem biberunt temere oberrant. Ceбетis Tabula. char. 46.

Homines fortunæ bonis ditati incidunt in incontinentiam, luxuriam, auaritiam, assentationem, quæ eos amplectuntur, eisque pollicentur vitam suauem, & deliciosam, & omnis molestiæ expertem, si quis amplexus fuerit eas, ad tempus vita iocunda fruuntur, & si talis non sit, at vbi respicit ipsi seruire cogitur, omnia perpeti indecoreque se gerere, & omnia perniciose committere, & penè traduntur moestiæ, ærumnæ, luctui, & desperationi: deinde infelicitati, in qua semper manet, nisi poenitentia forte fortuna ei occurrit, quæ ei opinionem, & voluptatem aliam inferit ad veram eruditionem, cum perduxeris. Ceбет. Tab. ch. 48.

Homo ad veram eruditionem via satis ardua accedit, & cum ad hanc viam conducunt continentia, & tolerantia, quæ hortantur homines ne desperent per ignauiam, & fore vt post parui temporis difficultatem in amenam viam perueniant, & vbi ad rupem peruenerint eis dant robur, & fiduciam, ac eos perducunt ad veram eruditionem pollicentur, & eam facilem esse viam ostendunt, & perducunt eum in pratum amenum in locum Beatorum in quo omnes Virtutes sunt, & beatitudo, & ibi est firma eruditio associata à merito, & sedulitate, eius munera sunt securitas, vacuitas à perturbatione, & fiducia, & purgato homine ad Virtutes eum ducunt, quæ ad beatitudinem eum perducunt, quæ eum coronat corona beatifica, & tunc omnibus affectibus dominatur. Ceбетis Tabula. char. 50.

Hominibus in vitam introeuntibus genius præcipit vt bonis animis sint, fortunæ fidem haberi vetat, & nihil firmi haberi, quod illi acceptum refertur, idque eius ingenium monet, vt quæ dederit, eripiat, & rursus plura largiatur, & rursus auferat ea, quæ dederat, & reliqua, quæ habebat, & iubet quidquid ab ea datur, quam primum ad constantem, & tutam largitionem accedi, quæ ab eruditione sunt accepturi, & ea est vera sciētia, rerum vtilium, largitumque; constantis tuta, & immutabilis, & a luxuria, & cæteris vitis auferere, & a falsa eruditione discedere, & ei nullam fidem habere. Ceбет. Tab. ch. 51.

Homini genius præcipit, vt à falsi nominis eruditione accipiat literas, & cæteras disciplinas, quo ad veram eruditionem, & si nihil conferunt, commodæ tantum sunt. Ceбетis Tabula. char. 60.

Hominis perfectio, in quantum est homo, est cognoscere veritatem per se, & bonum propter acquirendum eum. Auic. log. par. 1. char. 2. col. 3.

Hominis singularis essentia est humanitas. Auic. log. par. 1. char. 4. col. 1.

Homines quidam sunt verorum insomniorum, quod fit cum anima eius consuevit dicere verum, & vincere fallacem imaginationem, pluribus contingit pericere, & allegorizare somnium suum, quorum anima sollicita fuit circa id quod vidit, & cum dormiunt remanet

remanet eadem sollicitudo, & virtus imaginaria incipit repræsentare contrarium eius, quod repræsentauerat antea. Auic. de anima, par. 4. cap. 2. ch. 18. col. 3.

Homines facile discunt, qui facile imprimunt, quod audiunt, & in hoc necesse est humor memoriæ veronecessaria est materia a qua difficulter deletur, quod imprimitur, & necessaria est siccitas, & difficile est habere hæc duo simul. Auic. de anima, parte 4. cap. 3. char. 19. col. 3.

Homo solus non potest per se acquirere necessaria ipsi, sed hæc præparat ex consortio, quia alius hoc præparat alius illud. Auic. de anima, par. 5. cap. 1. char. 22. col. 2.

Homini necessaria est vox, quæ diuiditur in multa elementa, ex quibus sunt multæ compositiones sine labore corporis, post vocem est nutus, sed vox magis indicat, quam nutus. Auic. de anima, par. 5. cap. 1. char. 22. col. 2.

Homo habet multas proprietates actionum ab anima procedentium, quæ non inueniuntur in alijs animalibus, quarum prima est esse hominis, quod non potest permanere sine societate in sua vita. Auic. de anima, par. 5. cap. 1. char. 22. col. 2.

Homo propter societatem hoc proprium habet, vt ex actionibus, quas solet agere sint quædam quas non licet agere, quod docetur dum est puer, & conualescit in eo, & a pueritia sua consuevit audire, quod non eas licet agere, ita vt earum contemptio fit quasi naturalis, aliæ sunt diuersæ ab his, primas appellat turpes, & has honestas. Auic. de anima, par. 5. cap. 1. char. 22. col. 2.

Homo habet proprium quod habet necessitatem ad discendum, & docendum, & alia, quæ inducit eum addidandum, & accipiendum iuxta mensuram iustitiæ, facere conuentus, inuenire & artes. Auic. de anima, par. 5. cap. 22. col. 2.

Homo si solus esset moreretur, aut vita eius effet mala, & peior quam esse potest, propter nobilitatem hominis, & ignobilitatem cæterorum animalium. Auic. de anima, par. 5. cap. 1. char. 22. col. 2.

Homo proprium habet, vt cum apprehenderit aliquid, quod rarissimum est sequitur admiratio, quam sequitur risus, at cum apprehenderit aliquid noxium sequitur anxietas, & postea luctus. Auic. de anima, par. 5. cap. 1. char. 22. col. 2.

Homo de possibilibus cogitat, non enim cogitat de impossibilibus, & necessarijs, nec de præteritis, & hinc oritur virtus desideratiua. Auic. de anima, par. 5. cap. 1. char. 22. col. 3.

Homo futura præuidet, quæ debet facere, & quando, & quod est magis proprium est formare intentiones vniuersales, intelligibiles, omnino abstractas a materia, & ex cognitis intelligibilibus progredi ad incognita credendo, & formado. Auic. de ani. par. 5. c. 1. c. 22. c. 3.

Homo habet virtutem, quæ propria est conceptionum vniuersalium, & aliam qua cogitat de cõceptibus singularium de eo quod debet fieri, & dimitti, quod profest, & quod obest, quod honestum, quod inhonestum, quod bonum, & malum, & fit ad modum syllogismi. Auic. de anima, par. 5. cap. 1. char. 22. col. 3.

Homo habet iudicans sensibile, iudicans imaginabile, iudicans existimabile, iudicans contemplans, iudicans agens. Auic. de anima, par. 5. cap. 1. char. 22. col. 4.

Homines ita sunt apti ad discendum, vt aliqui non indigeant multis ad coniungendum se intelligentiæ, q gradus est omnibus altior, & intellectus iste debet vocari intellectus secundus, quia est illius generis, vt intellectus in habitu. Auic. de anima, par. 5. cap. 6. c. 26. col. 3.

Homo solus coit in somnio. Auic. de animalib. lib. 5. cap. 2. char. 34. col. 2.

Homo non bene luxuriat nisi ad sexaginta annos in re-

gionibus calidis, & mulier vsque ad quinquaginta, sed in pluribus vsque ad quinquaginta viri, & feminae ad quadraginta nouem. Auic. de animalib. lib. 5. cap. 2. char. 34. col. 3.

Homo fuit in terra Denafaciæ quem si serpentes mordebant, moriebantur, & cum Auicenna iuisset in illa terra inuenit eum mortuum, sed eius filius fecit plura mirabilia, inter quæ fuit, quod quando eum mordidit serpens fere moriebatur, & fusus anhelitus nocuit serpenti. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 2. char. 37. col. 4.

Homines cum nascuntur sunt sicut flores, & cum possunt luxuriare sunt quasi fructus, & signum initij iuuentutis est vocis mutatio. Auic. de animal. li. 9. c. 1. c. 40. c. 3.

Homines, qui multum coeunt cito senescunt. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 1. char. 40. col. 4.

Homines si in anno quartodecimo luxuriantur statim, vox iuuenis venit in completam mutationem vocis virorum, & quidam valde diu conseruant vocem primitiuam, tunc crescunt mamillæ, & fissuræ inguinum absconduntur propter siccitatem cartilaginis ibi existentis, & generatur sperma, & fit forte post vigesimum secundum annum, & mulieribus veniunt menstrua, & incipiunt crescere earum mamillæ, & vox mulieris tunc mutatur, & tempore menstruorum mulieres multum appetunt, & quanto magis coeunt tanto magis appetunt, & multoties auferunt epilepsia cum peruenit ad quartum decimum annum. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 1. char. 40. col. 4.

Homo habet caput duplum maius, respectu sui corporis, quam cætera animalia, quia eius magnitudo est necessaria multum, virtutibus animalibus, & spiritalibus, & cogitationibus rationis, quæ non habent cætera animalia. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 6. char. 46. col. 4.

Hominis virga cum est longa non multum generat propter longitudinem viæ. Auic. de animalib. lib. 15. cap. 1. char. 59. col. 4.

Homo est fortior omnibus animalibus in coloribus oculorum. Auic. de animal. lib. 19. cap. 1. ch. 63. col. 4.

Homo inter homines nobilior est, cuius anima fit intelligentia in effectu, & acquirit mores, qui sunt honestatis practicæ, & ex his ille excellentior est, qui est aptus ad prophetiam. Auic. metaphysic. tract. 10. cap. 1. char. 107. col. 4.

Homo non debet reddere malum pro malo. Auic. metaph. tract. 10. cap. 1. char. 108. col. 2.

Homo solus non possit sufficere gubernationi sui ipsius, sine consortio alicuius ad iuuantis se in necessitatibus suorum negotiorum. Auic. metaphysic. tract. 10. cap. 2. char. 108. col. 3.

Hominem nugacem è domo eijciendum, Græca sententia est. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 93.

Honestas æterna est cum improbo viro in morte omnia pereunt. Epiet. sent. char. 227.

Honora in primis figuram, & ante, & figuram, ac pretium donariorum trium. Pythag. symb. char. 1979.

Hospes nullo modo violandus est, sed defendendus. Simpl. in Epiet. char. 140.

Humanitatis est parcere sic fuit Lycurgus qui ciuem instituit, a quo multatus altero fuit oculo, & Pittacus, quendam a quo læsus fuerat dimisit, sic tu cum nihil ferociter egeris nulli facti te penitebit, nec vnquam acculaberis. Epiet. sent. char. 229.

Humanus animus rationis particeps, triplici rone predictus est, vna qua ad deterius, corporeum illud, & brutum, altera, qua ad se ipsum, tertia, qua ad id, quod præstantius est mouetur, triplicem quoque vitam, & appetitionem habet, cum corpori, & brutæ vitæ dederit sese, tunc illius egestatem suam esse ratus, necessario vnâ cum illo appetit, & hæc est appetitio illius, quæ

libertatem controuersam habeat, cum uero vitam suam uiuit, aut præstantiorem, tunc appetitionem eius uitæ consentaneam, & eius bonum desiderantem, & tunc animi est auctoritas, ut hæc uel illa desideret, & delectus uerus est qui præstantiora amplectitur, non sæpe fit ut corpore appetere cibum animus uero ieiunium desideret, uel propter legem ita iubentem, uel corporis cura. Simp. in Epict. char. 16.

Humanus spiritus generatur ex elementis, & efficiat uultum ad similitudinem cœlestium corporum. Auic. de anima, par. 4. cap. 5. char. 21. col. 1.

Humanus animus adhuc depressus phantasiis, potest si pure uixerit inferiorum se causas causatas comprehendere. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 1.

Humiditatem sunt quatuor humores, & postea illa humiditas, quæ est in mulieribus, quæ est superfluitas sanguinis. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 3. ch. 42. col. 2.

Humidum est continuatio partium, non in ultimo, sed erunt sparsæ hinc inde. Auic. de cœlo, & mundo, cap. 16. char. 42. col. 2.

Humiditas, quæ præcedit partum masculi est quasi aqua saniosa, foeminae uero est sanguinolenta. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 5. char. 44. col. 2.

Humidus in corpore est flegma, post sanguis, pinguedo, sebum, & postea medulla post nucha, post caro mamillæ, testiculi, pulmones, epar, & splen, renes, musculi, & cutis, sed pulmo non est multum humidus. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 2. char. 45. col. 2.

Humiditates humorose sunt bonæ, & sunt sanguis, cholera, melancholia, & flegma. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 5. char. 46. col. 1.

Humiditatem corporis quedam sunt primæ, ut quatuor humores, quedam secundæ sunt quedam superfluitates, & humiditates, & sunt trium modorum, una quæ dispergitur per membra, ut ros, & est habitata ut transeat in nutrimentum cum membrum habuerit dissolutionem, & humescat membra cum sint exsiccata per aliquem motum fortem, secunda humiditas est, quæ propria est coagulationi, & est cibis alteratus ad membra secundum speciem complexionis, tertia est intrans membra a principio cœmenti, & suum initium fuit a materia embryonis, & eius initium fuit ab humoribus. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 5. c. 46. c. 1.

Humor est corpus humidum concurrens, & alteratur ad bonum, & est una pars quæ accidit ex substantia cibi. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 5. char. 46. col. 1.



DEM est cum multa uno modo ponuntur unum, & hoc per accidens in quantitate dicuntur equalia, in qualitate similia in relatione comparatiua, in substantia si sunt idem genere dicuntur homogenea, & si in specie talia, & idè propria conuenientia. Auic. metaph. tr. 7. c. 1. c. 95. c. 3.

Ignem gladio ne scalpas. Pythag. symb. char. 1979.

Ignis natura sua est calidus, & siccus, & maior vis caloris est in eo, quod tangit cœlum, & illi propinquior est, & ita dissoluitur ultra modum, quousque deueniat ad ultimum siccitatis. Auic. de cœlo, & mundo, cap. 16. char. 42. col. 3.

Ignis non potest induci ad finem utilem, qui intenditur per ignem, nisi esset adurens, & dissoluens, & ideo hæc comitantur necessario, ut noceat, & destruat multa. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. char. 94. col. 1.

Ignem gladio ne scalpas alij interpretantur potentiorum

iram, & superbiorum non commouendam, alij malitiam, & impotentiam, alij furentem, & iracundem non irritandum, uel diuinam naturam non gladio linguæ impetendam, & maledicentia. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symb. char. 98.

Ignem symbolum esse diuinæ naturæ, ideo in templis seruatur, ait Porphyrius. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symb. char. 99.

Ignorantia malitiam inducit, sed rerum peritia opportunitatem quærit; nam multa quæ bona sunt, & uirtuti inuidentur mutatione temporis fiunt uitiola. Hieroc. chart. 112.

Ignorantia ubi est, ibi & inscitia, & mala rerum necessariaum disciplina. Ar. Epict. lib. 1. cap. 11. char. 49.

Ignotum non ostenditur per ignotum. Auic. logic. par. 1. char. 6. col. 3.

Ille deuita quæ inuidiam concitant. Pythagoræ aurea uerba. chart. 1979.

Illius esto tripos cuius sapientia vincit. Apollinis problemat. char. 235.

Illustratio diuina tollitur, si quid inquinatum, aut perturbatum diuorum operum inest, ut si elementa sermoni subtrahuntur, aut immutantur, non manet eadem sermonis forma. Simp. in Epict. char. 147.

Imaginatiua vis imprimit sibi formas rerum materialium, ut materiales, sed nudas a materia, aliquo modo abstractionis non perfectæ. Auic. de anima, par. 1. cap. 4. char. 4. col. 2.

Imaginatio est vis ordinata in extremo anterioris concavitatis cerebri retinens quod recipit sensus communis a quinque sensibus, & remanet in ea post remotionem illorum sensibilibus. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 5. col. 2.

Imaginatio fit cum abstrahitur forma à materia maiori abstractione, ita ut abstrahendo consideret formam a materia separatam. Auic. de anima, par. 2. cap. 2. chart. 6. column. 4.

Imaginatio est quasi conseruatrix, & formæ, quæ sunt in ea non sunt semper imaginatæ ab anima in effectu. Auic. de anima, par. 3. cap. 8. char. 16. col. 3.

Imaginatiua est thesaurus eius, quod apprehendit sensus cuius locus est anterior pars cerebri, unde cum contingit in ea infirmitas, corrumpitur hic modus formalis, aut ex imaginatione formarum, quæ non sunt, aut quia est difficile ei stabilire id quod est in illa. Auic. de anima, par. 4. cap. 1. char. 17. col. 4.

Imaginationem retrahit anima a sua actione propria duobus modis, uno cum occupatur anima sensibus exterioribus, & conuertit uirtutem formalem ad operandum in suis exterioribus, & mouet eam per id, quod reddit ei de illis, ita ut non permittit imaginatiuam cogitare; alio modo anima præualeat super eam in suis actionibus, quæ continuantur eidem cognitione, & cogitatione, & hoc duobus modis, uno cum dominatur imaginatiuæ, & subiicit eam sibi, & sensum communem cum ea ad componendum formas aliquas, & disiungendum, sed quod appetit anima uolenter, unde non licet imaginatiuæ agere, quod debebat agere naturaliter, sed trahit ad partem, quam trahit eam anima rationalis: alio cum reuocat eam ab imaginationibus, quæ non assimilantur rebus extrinsecis, & retrahit eam ab ijs falsificando eas. Auic. de anima, par. 4. cap. 2. char. 18. col. 1.

Imaginatiua uirtus in aliquibus hominibus est fortissima, ita ut sensus ei non dominatur, nec formaliter ei resistat. Auic. de anima, par. 4. cap. 2. char. 18. col. 2.

Imaginatio non potest imaginari nisi forma imaginabilis, descripta fuerit in illo corpore, idest cerebro descriptione, quæ sit communis uirtuti, & corpori. Auic. de anima, par. 4. cap. 3. char. 19. col. 3.

Imaginatio, concupiscentia, & ira sunt affectiones animæ,

ut anima habet corpus, & sunt corporis, quamuis sint animæ ex hoc quod est habens corpus, & sunt corporis ex hoc quod principaliter sunt animæ ipsius corporis, quamuis sit animæ quod habet corpus non dico ex corpore. Auic. de anima, par. 4. cap. 4. c. 20. c. 3.

Immobile quod est eodem modo semper se habet, quod aliunde mouetur mouentis expectat facultatem. Simplex in Epictet. chart. 156.

Imperatoris in iussu non decedendum a præsidio, idest noli sponte ex hac uita migrare. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symb. char. 142.

Imperium est optimum depicti ligni, idest legum. Pitraci problem. char. 236.

Impietas est omnium malorum maximum. char. 86.

Imprægnatio fit cum duo semina concurrunt simul, sed cum non concurrunt non fit imprægnatio. Auic. de animalib. lib. 10. cap. 1. char. 44. col. 3.

Improbis qui aspiciunt in diuitiis, & fortunæ splendore, non debet præcellere diuitiarum magnificentia, sed peruersitatem morum aspernari debet, ut uiperam in aurea cista uidentem, non ob materiam pretium deiges, sed ob pestiferam naturam aduersari debet. Epictet. sent. char. 219.

Impurum purum complecti nefas est. Hieroc. char. 186.

Inane nihil est. Auic. suffic. lib. 2. cap. 8. char. 31. col. 1.

Inceptio alicuius rei non est aliud, quam esse postquam non fuit. Auic. metaph. tract. 6. cap. 1. char. 51.

Incipiens esse omne unum debet esse tunc, quia postquam eius causa debet esse tunc, & ipsum debet esse. Auic. metaph. tract. 6. cap. 2. char. 92. col. 1.

Incognitum duobus modis, secundum intellectum, & secundum credulitatem, & ambo hi modi non fiunt cogniti, nisi acquirendo, & non acquiruntur, nisi ex prius cognito, & ex affectione, & proprietate, quam habet illud cognitum, propter quam mouetur animus à scientia cogniti ad sciendum incognitum. Auic. log. par. 1. char. 2. col. 3.

Incogniti cognitioni profunt definitio, descriptio, exemplum, signum, nomen. Auic. log. par. 1. char. 2. col. 3.

Incorruptibile non generatur, nec corrumpitur, quia non habet contraria, & hoc ei aduenit ex parte sue formæ, quæ prohibet eius materiam ab eo, quod est in natura eius, non ex parte materiam obedientialis, & sic hyle est corruptibile. Auic. sufficient. lib. 1. cap. 3. chart. 15. column. 3.

Individuum non fit indiuiduum, nisi cum adiunguntur nature speciei proprietates extrinsecas communicantes, aut non communicantes, & designatur ei aliqua materia hæc, uel illa. Auic. log. par. 3. ch. 12. col. 3.

Indiuiduum ut homo singularis fit cum unitas coniungitur humanitati, & non ideo est species, quia est coniunctio ex natura, & accidente, uel non comitante, uel comitante, sed non constituyente, & quæ sunt huiusmodi non constituunt speciem. Auic. log. par. 3. chart. 12. column. 4.

Indiuidualitas est de dispositionibus, quæ accident naturis subiectis generalitati, & specialitati, ut accidit ei generalitas, & specialitas. Auic. log. par. 3. ch. 12. col. 4.

Indiuiduum est quod non potest intelligi posse prædicari de multis. Auic. metaph. tract. 5. cap. 1. ch. 86. col. 3.

Indiuiduum, ut succedat post indiuiduum non est finis nature uniuersalis, quæ est uirtus infusa in substantias cœlorum, quasi gubernantem uniuersitatem generationum, sed nature particularis, quæ est uirtus propria regiminis unius indiuidui. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. char. 94. col. 3.

Ineruditi sæpe, & multum peccant quod ob affectionum commotionem, & ob rationis ignorantiam uerum bonum, & malum nondum iudicant, neque se a bruta natura, uel nuda cogitatione remouerint. Simplex in Epictet. char. 48.

Infelix is est, qui infelicitatem ferre non potest. Biantis problemat. chart. 236.

Ingenitis rebus in potentia id, quod præualeat impossibile est esse corpus, aut uirtus, quæ sit in corpore. Auic. de anima, par. 5. cap. 2. char. 23. col. 2.

Ingenij tardi signum est in rebus corporis immorari, cum omnis ad animam est transferenda. Epict. c. 198.

Iniuriam, qui intulerint, iniuriam quoque pati oportet, nam diuinum iudicium purgat homines ijs uitijs, quæ impedimento esse uidentur ad felicitatem humanæ uitæ. Hieroc. char. 79.

Incuria est finis ad quem peruenit motus si fuerit finis desideratus imaginatione, non cogitatione. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. char. 94. col. 1.

Instans non habet esse in actu ullo modo, sed in intellectu, & in comparatione ipsius temporis, sed non est eius esse, nisi in quantum accipitur in intellectu continuans distensionem in directum. Auic. suffic. lib. 2. cap. 12. char. 34. col. 3.

Instans primum in quo quid fuerit quietum, mobile, generatum, & corruptum non est: nam tempus diuiditur in potentia infinite, & falsum est dicere instans, aut destruitur paulatim, aut extenditur finis eius cum eo ad nihilum, aut subito destruitur, & tunc eius destructio fiet in instanti. Auic. suffic. lib. 2. cap. 12. char. 34. column. 4.

Instans aliquando sumitur pro tempore propinquo præsentis instanti, nam intellectus aliquando non percipit prioritatem unius, & posterioritatem alterius, & sunt aliquando tunc inter se proxima quæ intellectus non percipit inter illa, nisi cum mora, & diu considerauerit. Auic. suffic. lib. 2. cap. 13. char. 36. col. 3.

Instans est in tempore, ut unitas in numero, prius & posterius in tempore, ut par impar in numero horæ, dies, mensis, & anni, ut duo, tres, & quatuor in numero. Auic. suffic. lib. 2. cap. 13. char. 36. col. 2.

Instrumentum suum qua quis apprehendit aliquid apprehendere non potest. Auic. de anima, par. 5. cap. 2. char. 23. col. 3.

Insufficientem est id, quod eget alio, quod attribuat sibi completionem post completionem. Auic. metaphysic. tract. 4. cap. 3. char. 86. col. 2.

Intellectus rerum alius est ab usu, Dei operibus utuntur bruta, nos autem & utimus, & intelligimus. Ar. Epictet. lib. 1. cap. 6. char. 27.

In intellectu sunt, aut res formatæ in intellectu apprehensæ extrinsecas, aut res accidentales ei secundum quod sunt in intellectu, quæ non fuerunt representatæ in aliquo extrinsecas. Auic. log. par. 1. ch. 3. col. 2.

Intellectiua vis est, quæ apprehendit, & unit in se formas rerum, prout sunt separatæ a materia, & ab omnibus appendicijs eius, quas accidit esse, aut figura, aut numerus. Auic. de anima, par. 1. cap. 4. char. 4. col. 2.

Intellectiua uirtus abstrahit intelligibilia a quantitate designata, & ab ubi, & a situ, & a cæteris omnibus. Auic. de anima, par. 5. cap. 2. char. 23. col. 2.

Intellectiua uirtus intelligit se ipsam per se ipsam, non per instrumentum. Auic. de anima, par. 5. cap. 2. char. 23. column. 3.

Intellecta forma, quæ emanat a uirtute, quæ acquirit animæ intelligere cum uoluerit, coniungitur intelligentiæ est intellectus adeptus. Auic. de anima, par. 5. cap. 6. char. 26. col. 3.

Intellectus habetur ab uno solo uerbo, sed in paucis contingit. Auic. log. par. 1. char. 3. col. 1.

Intellectus materialis tunc dicitur cum anima nondum recipit aliquid de eo, quod est perfectio quantum ad eam, ut materia prima, quæ nullam habet formam, sed est subiectum omnium formarum. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 5. col. 4.

Intellectus ex habitu est cum formæ intelligibiles, inceptis

perint in illo consistere adeptæ post per se nota, siue intelligibilia prima, sed non considerat illa, nec conuertitur ad illa in effectu, nisi vt sunt repositæ apud eum, vt cum voluerit considerare illas formas, & intelligat eas, & intelligat se eas intelligere. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 5. col. 4.

Intellectus accommodatus est cum intellectus qui est in potentia vnitur cum eo qui est in actu. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 5. col. 4.

Intellectus actiuus eget corpore, & virtutibus corporalibus ad omnes actiones suas, contemplatiuus vero eget corpore, & eius virtutibus, sed non semper, nec omni modo sufficit enim ipse sibi per se ipsum. Auic. de anima, par. 5. cap. 1. char. 22. col. 4.

Intellectus habet potestatem multiplicandi intentiones, quæ sunt vna, & adunandi, quæ sunt multæ. Auic. de anima, par. 5. cap. 5. char. 25. col. 3.

Intellectus quod non possit formare ea, quæ sunt in ultimo intelligibilitatis, & abstractionis a materia, hoc non accidit ex aliquo, quod sit in essentia ipsarum rerum, nec ex aliquo quod sit in natura intellectus, sed quia anima impedita est in corpore ex corpore, quod in multis agit corpore. Auic. de anima, par. 5. cap. 5. char. 25. col. 3.

Intellectus cum apprehendit aliqua inter quæ est prius, & posterius, solet intelligere cum illis tempus necessarium non in tempore, sed in momento. Auic. de anima, par. 5. cap. 5. char. 25. col. 3.

Intellectus subtilissimus res aliquando apprehendere non potest, quia excederet eum, debilia autem, vt motus, & tempus, & materia aliquando difficile intelligit, quia sunt debilis esse. Auic. de anima, par. 5. cap. 5. char. 25. col. 4.

Intellectus non apprehendit priuationes in effectu absoluto, sed per habitum eius. Auic. de anima, par. 5. cap. 5. char. 25. col. 4.

Intellectus noster purus non habet multitudinem vlllo modo, nec ordinem formarum, ipse enim est principium omnis formæ ab eo emanantis in anima. Auic. de anima, par. 5. cap. 6. char. 26. col. 1.

Intellectus noster est intellectus intelligens formas, & creans illas, non cuius est formare, aut quia est in forma animæ formare enim animæ hominis sapientis, vt est anima est formare, ordinate, & distincte. Auic. de anima, par. 5. cap. 6. char. 26. col. 2.

Intellectus noster prius quam in memoriam, & incognitionem veniat non irrationabiliter dicitur non esse, est enim per se inuisibilis, dum autem in cognitiones venerit, & ex quibusdam phantasias formam acceperit, non immerito dicitur esse. Auic. de intellig. cap. 3. char. 64. col. 4.

Intellectus in potentia est ipsa tenebræ, cui cum appropinquat intelligentia agens, & coniungitur ei illuminat ipsum, vt secundum quantitatem sui luminis recipiat formam ab intelligentia agente, in qua est formarum multitudo, & per eius receptionem fit intellectus in effectu. Auic. de intellig. cap. 4. char. 67. col. 1.

Intellectus in effectu est ad modum visionis in effectu, sicut tria concurrunt ad visionem intellectus intellectum, & lux. Auic. de intellig. cap. 4. char. 67. col. 1.

Intellectus in potentia est vis animæ apta comprehendere, & rerum quidditates, & formas singulas, quæ sunt in materia corporali. Auic. de intellig. cap. 4. char. 67. col. 1.

Intellectus in anima humana duo sunt in potentia, & in effectu. Auic. de intellig. cap. 4. char. 67. col. 1.

Intellectus debet esse impassibilis, passibilis enim existente ipso accidit illi, vt circa sensum dolet enim sensus in sentiendo valde sensibile, at intellectus delectatur, & non læditur. Auic. de intellig. cap. 4. char. 67. col. 1.

Intellectus animæ humanæ exceditur a causa prima, &

tunc fit quod omnis intellectus animæ humanæ exceditur a causa prima, & non sufficit ad apprehendendum eam, nisi secundum quod abundantius recipiunt, excellentius apprehendunt. Auic. de intellig. cap. 4. char. 67. col. 2.

Intellectus in effectu proprium est, vt sit non rationis pars, sed terminus, & perfectio. Auic. de intellig. cap. 4. char. 67. col. 2.

Intellectus coniungit res cum rebus propter diuersitatem respectuum, non propter necessitatem. Auic. metaph. tract. 3. cap. 10. char. 83. col. 4.

Intellectus est inquisitor veræ, & puræ voluptatis, & hæc inquisitio appellatur electio. Auic. metaph. tract. 9. cap. 2. char. 103. col. 1.

Intellectus habet hoc ex hoc, quod est principium, & substantia agens, & creans, quod autem est eius proprium ex principalitate eius ad animam est eius intelligibilitas in effectu, quod vero est proprium animæ ex hoc quod informatur ex ea, & recipit ab ea est eius intelligibilitas in effectu. Auic. de anima, par. 5. cap. 6. char. 26. col. 2.

Intellectus est prima creaturarum intellectualium, & est omnibus creaturis melior, & sapientior, quoniam ipsa omnium, quæ post se sunt causas videt, in ipsa enim sunt quædam theophaniæ, idest intellectuales nature quædam diuinæ apparitiones non ipsa principalia rerum exempla. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 1.

Intellectus omnis est locus rationis, vel definitionis quam continet, & non aduersatur illi, vt sit locus definiti. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 1.

Intellectus dum intelligit, est possibilis in se ipsa, & habet naturam intellectualem in se ipsa ex quo fit, vt ex ea causæ descendat diuersimode propter varias rationes quas inuenimus in illa, licet non descendant ex ea descensu considerato per hos modos, & rationes, nisi quia intelligit eas in se ipsa. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 2.

Intellectus quod componatur ex multis intelligentiis non fit nisi propter multa intellecta, quæ sunt apud illam. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 4.

Intellectus est causa rerum, quæ exeunt ab ea, sed per modum suum per quem intelligit ea, nam in ipsa sempiterna sunt, quamuis res sint destructibilis. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 4.

Intellectus intelligit se ipsam, vt causas intelligat in effectibus, & appareant ei in illis, sed non apparent causæ in effectibus suis, nisi postquam processerunt ex intelligentia intelligente eas in se ipsa, igitur intelligentia intelligit se ipsam, vt exirent ab illa ea, super quæ tradit suum regimen, & hoc est regimen post primum nobilius. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 2.

Intellectus superior imprimit formas quas recipit ab vniuersali primo; intelligentia inferiori quæ cum ea est, & inferior intelligentia recipit eas non per modum receptorum, sed recipientis, quoniam in ea sunt minoris vnitatis, & maioris multiplicatis. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 4.

Intellectus omnis primo in vniuersali forma prima, deinde in se ipsa inferiores causas videt. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 4.

Intellectus formæ sunt intelligentiæ seiunctæ, multitudo in vnitatis, & seiunctio cum indiuisibilitate. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 4.

Intellectus per diuinam virtutem regit animam cœli, & naturam, quæ est illi obediens; naturam hic intelligitur primorum corporum qualitates yliadis, in materiis illorum yliadibus, quod est quando ipsa est disponens, quæ sunt in materiis cœlorum, secundum quarum dispositiones quasdam sunt cœli ad inuicem. Auic. de intellig. cap. 4. char. 66. col. 1.

Intellectus

Intellectus continet animam, & eadem anima intelligit bonitatem per virtutem, quam habet ex illa, & per eandem est ibi operatio intelligibilis, & voluntas formandi, quæ est in ea, & per intelligentiæ virtutem sequitur operatio animalis, ipsa enim est forma adhaerens corpori, & illius corporis proximus motor, & si non sit primus, & quia preparat aliam materiam, tunc recipit virtutem diuinam per intelligentiam, per quam est illi diuina operatio: ergo intelligentia continet animam, & naturam; nam continet generationem. Auic. de intellig. cap. 4. char. 66. col. 1.

Intellectus est status singulorum, quæ sunt post eam, quoniam in ipsa, & per ipsam stant illa, non tamen est in ipsa status illorum primus, sed secundus, & mensura conuenienti mensurat omnia, quæ sunt post illam. Auic. de intellig. cap. 4. char. 66. col. 1.

Intellectus est vnum retinens ea, quæ consequuntur ex ea per diuinam virtutem, quæ est in ea, vt non pertrahat ex eis aliquid omnino, quoniam in ipsa est virtus, quæ non cessat perfici in forma apud quam stant singula. Auic. de intellig. cap. 4. char. 66. col. 1.

Intellectus vnitas est, sicut vnitas speciei. Auic. de intellig. cap. 4. char. 66. col. 1.

Intellectus non est vniuersale per modum vniuersalis quod præcessit. Auic. de intellig. cap. 4. char. 66. col. 1.

Intellectus non dat scientiam eis, quæ sub ipsa sunt, nisi per modum formæ, quoniam formæ descendunt ab ea super illas, quæ sunt post eam, & ipsa apprehendunt eam, & ipsa apprehendit eas, & intelligit bonitatem magnam: ita vt anima, quæ recipit impressiones ab anima prima ab ea mereat sine medio dici intelligibilis. Auic. de intellig. cap. 4. char. 66. col. 4.

Intellectus agens non coniungitur intellectui in potentia, nisi in intellectum imprimatur aliqua forma, & formæ cum acquiruntur extrinsecus acquiruntur, descendunt enim ab intelligentia, quæ est forma separata in intellectualem, ita vt visio in potentia fit visio in effectu. Auic. de intellig. cap. 4. char. 67. col. 2.

Intellectus est lux veritate lucis superioris. Auic. de intellig. cap. 4. char. 67. col. 2.

Intellectus separata sunt plures numero, igitur non habent esse similiter ex primo, sed necesse est, vt excellentior omnibus illis sit esse, quod primum est ex eo, post quod sequitur intelligentia, sub vnaquaque intelligentia est cœlum cum sua materia, & forma, quæ est anima, & intelligentia inferiori ea, tria autem sunt in ea, in quantum intelligentia intelligit primum sequitur esse alterius intelligentiæ inferioris ea, in quantum intelligit se ipsam sequitur forma cœli ultimi, & eius perfectio, quæ est anima, & vt intelligit se ipsam sequitur corporeitas quæ continetur in totalitate cœli ultimi. Auic. metaph. tract. 9. cap. 4. char. 104. col. 4.

Intelligibile est subiectum substantia non corpus, nec habens corpus. Auic. de anima, par. 5. cap. 2. char. 22. col. 4.

Intelligere faciunt intellectus compositi sentientis, compositum componitur ex multis, & inter multa sunt vna, ergo in omni composito sunt aliqua vna, & vnum in omni composito vocatur simplex, & quia impossibile est scire naturam compositi ignoratis eius simplicibus conuenit prius cognoscere simplicia, quam composita. Auic. log. par. 1. char. 3. col. 1.

Intelligibilis potentia assiduitate intelligendi difficilia acquirit virtutem facilius intelligendi. Auic. de anima, par. 5. cap. 2. char. 23. col. 4.

Intelligibilia formari fit tribus modis, vno cum aliquid formatur in anima in effectu distincte, & ordinate, sed aliquando illa distinctio, & ordinatio non est accessoria, sed commutabilis: secundo cum intellectus re iam acquisitus, & secundum operationes, sed anima auertitur ab eis, & non respicit ad id, quod iam intellexerit, sed est mutata ab illo intellectu in aliud:

tertio cum aliquod dubium quæritur quod iam scisti, vel scire potes, sed tunc exitus respondet, securus inde te scire respondere, quamuis non sit postea apud te ordinata illa responsio, sed incipis præordinare in tua anima, vt reddendo responsum, quod prouenit ex illa certitudine sciendi illud, quod habes, ante distinctionem, & eius ordinationem. Auic. de anima, par. 5. cap. 6. char. 26. col. 1.

Intelligibilis omnis apprehensio est similitudo aliqua ad formam separatam a materia, & ab eius accidentibus materialibus. Auic. de anima, par. 5. cap. 6. char. 26. col. 2.

Intentio intellecta aliquando sumitur de re quæ est, vt cum sumimus de cœlo per considerationem, & sensum formam eius intellectam, & aliquando forma intellecta non sumitur de his quæ sunt, sed quia intellectum est ipsa, vt cum intellectus vnus formam artificialem, quæ non est, quam adinuenimus. Auic. metaph. tract. 8. cap. 7. char. 120. col. 4.

Intestina multa sunt, & quædam circumuoluta, vt nutrimentum faceret moram in eis, quousque epar sumat sibi necessaria, & sunt sex, sunt multa & conuoluta ne cito egeret, & semper indigeret nutrimento; primum intestinum est duodenum, quod est rectum, deinde ieiunum, postea gratia intestina inter se inuoluta, post fæcus, post colon, & postea longaon, quæ omnia coniuncta sunt cum dorso, & superiora sunt tenuiora, inferiora, duriora, & interior pars est seposita, vt reprimat siccitatem stercoris, & superiora non sunt seposita, habent tamen quandam vinctuositatem. Auic. de animalib. lib. 13. cap. 6. char. 52. col. 2.

Intestinum ieiunum inuenitur vacuum duabus de causis, prima quia massa prisanaria cum venit ad ipsum statim festinat ad exitum, & pars attrahitur ad epar, secunda cito transit propter choleram, quæ vadit ad cistim fellis ad istud in intestinum. Auic. de animalib. lib. 13. cap. 6. char. 52. col. 2.

Intestinum duodenum continuatur cum fundo stomachi, & eius orificium est orificium stomachi, & est in directo isophagi, sed est strictius isophago. Auic. de animalib. lib. 13. cap. 6. char. 52. col. 2.

Intestinum cœcum factum est, vt in eo compleatur stercus, & per completam suctionem epatis extrahatur nutrimentum. Auic. de animalib. lib. 13. cap. 6. char. 52. col. 3.

In via ne scindas. Pythag. symb. char. 1979.

Inutilia quæ nobis sunt sæpe nobis placent, siue quod earum naturam ignoramus, siue quod brutis affectibus interdum indulgemus, at si beati esse volumus acquiescere, necesse est iis, quæ ab vniuersitate fiunt. Simp. in Epiet. char. 55.

Iouis sceptrum ex cupresso conficitur. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 145.

Iouis sacerdotem Romani sub vitem ingredi noluerunt, quod eum scilicet ebrium fieri non deceret, & ederam non attingere, quia eius odor, vt putabant, in furorem mentis aguntur. Lil. Greg. Gyr. in Pyth. symb. c. 147.

Iracundiæ commotiones sunt ambitio, & vanagloria. Simp. in Epiet. char. 182.

Ira ex sanguine flauo tenui citius accenditur, & citius extinguitur. Auic. de anima, par. 4. cap. 6. char. 22. col. 1.

Iracundiam parit animæ sanguis clarus, distemperatus in calore propter multam eius ascensionem, & sui motus velocitatem. Auic. de anima, par. 4. cap. 6. char. 21. col. 4.

Iracibilis accidentia sunt, timor, dolor, & tristitia, propter commotionem, quam habent virtutes apprehendentes, cum enim mouentur sequentes formationem intelligibilem, aut imaginabilem fit timor, cum non timet confortatur, & accidit ei inde dolor, vnde venit ira cum non potest repellere illud, aut cum sentit aduentum eius. Auic. de anima, par. 4. cap. 20. col. 2.

Iracibilis virtus, & quod pendet ex ea non eget membra præter principium: actio enim eius vna est, & congruit complexioni

complexioni calidissime, & eget ea. Auic. de anima, par. 5. cap. 8. char. 28. col. 4.

Iosphagus est ad nutrimentum, & est ex membrana, & carne, & clauduntur in coniunctione sua laxa, vt teneat minorem locum. Auic. de animalib. lib. 13. cap. 1. char. 50. col. 4.

Iosphagus componitur ex carne, & tunicis membranalibus, quæ sunt interius, & in membranis sunt fila longa, vt facilius transglutiat, & super istam membranam est alia contexta ex multis filis in circuitu, quæ adiuuat ad expulsionem, quædo facit vomitum. Auic. de animalib. lib. 13. cap. 4. char. 51. col. 4.

Iudex iustus non accusatur a iustis, nec apud iniustos causam dicit. Epiet. sent. char. 229.

Iudicare qui recte vult, neminem nec accusatorum, nec reorum cognoscere debet, sed ipsum ius. Epiet. sentent. char. 229.

Iudex sæpe errabit in iudicando, si ipse in vita nunquam deliquit. Epiet. sent. char. 229.

Iudicare iniuste præstat a condemnato iniuste accusari, si recto, quam a natura iure reprehendi. Epiet. sent. c. 229.

Iudicandi qui facultatem habet non exploratur, vt lapis quo aurum exploratur, non & ipse ab auro vicissim exploratur. Epiet. sent. char. 229.

Iudicem ab alio iudicari turpe est, vt recto ad rectius, sic iusto ad iustius. Epiet. sent. char. 230.

Iudicio recto cõsidera singula. Pythag. aur. verb. c. 1979.

Iudices principaliter contra homicidam sententiam ferunt, per coincidentiam autem contra hunc hominẽ, quoniam sua ductus voluntate homicidæ conditionem accepit. Hieroc. char. 75.

Iugum ne transilias. Pythag. symb. char. 1979.

Iugum ne transilias significat nos æquitatis, & iustitiæ viam non deserere debere, at Cyrillus interpretatur auarus ne esto. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. ch. 86.

Iuppiter quid agit? alta deprimit extollit humilia. Aesopi problem. char. 236.

Iurare de rebus mobilibus, quæ euenire, & non euenire possunt, non est dignum, at de his, quæ necessario coniunguntur, & maxima sunt, tutum est iurare, & decorum. Hieroc. char. 139.

Iurans sæpe facile ad periurium incidit. Hieroc. char. 30.

Iurandum non est ex consuetudine, nec per incontinentiam, quam mores, & bonæ artis dirigunt, linguam vero consuetudo continentia a iureiurando auertit. Hieroc. char. 30.

Iuramenti sinceritas, cuius virtute seruatur: nam ij solũ, qui virtutes ciuiles possident, liquido iurare in rebus humanis possunt. Hieroc. char. 29.

Iuramentum, quod in rebus humanis versatur, est quoddam vestigium iuramenti, quod est diuinarum legum seruatio, & hoc dirigit eos, qui pro necessitate illo vtuntur. Hieroc. char. 27.

Iusiurandum colere, & seruare maxime debemus in iis, quæ iuramus quantum in nobis est sine exceptione. Hieroc. char. 28.

Iuramentum à Pythagora appellatur nunc, seruatio diuinarum legum, quo omnia, quæ creata sunt, ad cognoscendum Deum sibi annectuntur, & adaptantur, quorum aliqua, quæ semper cum Deo sunt, semper iusiurandum colunt, & seruant, aliqua quæ nonnunquam a Deo discedunt quod cum fit, impii sunt, & iuramentum infringunt, & diuinæ legis ordinem, & fidem iuramenti prætermittunt. Hieroc. char. 37.

Iuramentum est causa seruans omnia in ipsa eadem existentia, & ita illa firmans, vt iuramenti, fide tenerentur, & legis ordinem seruent. Hieroc. char. 26.

Iusiurandum cole. Pythag. aurea verba. char. 1978.

Iusiurandum, qui seruare vult, non sæpe, & ex fortuna, non vt accidat, non ad fermonis complexionem, non ad narrationis fidem iureiurando vti, sed illius vsum,

quantum possibile est, seruare in rebus necessarijs, & magnis, & cum nulla alia videatur esse salus, nisi per veritatem a iureiurando prouenientem. Hieroc. c. 29.

Iusiurandum colere non solum est præceptum fide, & liquide iurandi, sed abstinenti a iuramento, seruabimus si semper iuste iuremus, si iuramenti non abutimur. Hieroc. char. 30.

Iusiurandum recusa si fieri potest omnino, sin minus quantum potes. Epiet. char. 175.

Iusiurandum Deum citat testem, & sponsores facit eorum, quæ dicuntur, & eum producere ob res humanas est contemptus quidam. Simpl. in Epiet. char. 176.

Iustitiam exerce verbo simul, & opere. Pythagoræ aurea verba. char. 1978.

Iustitia omnes virtutes continet, tanquam eius partes. Hieroc. char. 58.

Iustitia si animus noster circumseptus sit, decorum & debitum erga Deos, & hoies, seruabimus. Hieroc. c. 63.

Iustitiæ est suum cuique tribuere, & cum est animi gubernatrix, cuique animi parti suum officium præscribit. Simp. in Epiet. char. 130.

Iustitia lance, & statera significatur. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 86.

Iuuenes, & si eorum complexio sit sicca, minus retinent, quam pueri, quia sunt agilis motus, & multum calidi. Auic. de anima, par. 4. cap. 3. char. 19. col. 3.

Iuxta sacrificium ne incidas vngues. Pyth. symb. c. 1979.

L



LABOREM nullum dixit Diogenes, cuius finis non esset fiducia, & animi potius, quam corporis robur. Epiet. sent. ch. 229.

Lac fit ex sanguine superfluo, & sanguis, qui transit in lac non est decoctus decoctione summa. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 3. char. 32. col. 1.

Lac fit ex sanguine in venis, & in eo sunt tres substantiæ, serosa, butirosa, & caseata, & quanto est spissius, tanto effret magis caseus spissus. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 3. char. 32. col. 1.

Lac animalium, quæ habent cornua, & carent dentibus in mandibula superiori, cito coagulatur, & calor magis coagulat lac, quam frigus. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 3. char. 32. col. 1.

Lac coagulatur lacte ficuum. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 3. char. 32. col. 2.

Lac si exprimerentur mamillæ hominum emitteretur, & abundaret multum si sæpius exprimerentur. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 3. char. 32. col. 2.

Lac magis sanum habent mulieres nigræ. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 3. char. 32. col. 2.

Lac coniunctum partui, & quod est multum remotum a partu, nihil valet. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 3. char. 32. col. 2.

Lac in mulieribus abundat post partum, & aliqũe emittunt lac etiam a poris in circuitu, & aliæ sub ascillis, & aliquando generatur in mamilla pilus, qui si ibi remanet excitat dolores, & durat lac in muliere per duos annos, & aliquando amplius. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 5. char. 44. col. 2.

Laudare quempiam, aut reprehendere ob communia signa non conuenit nec artem, aut inertiam illi tribuere, ita & a maleuolentia, & temeritate erimus immunes, vt si quis celeriter lauit non est dicendum male lauit, sed celeriter lauit, fiunt autem recte quæ a relictis desiderijs proficiuntur, male quæ a malis, & donec

donec decretum cognoscitur ex quo quisque singula facit factum, nec laudare, nec reprehendere licet; decreta autem de rebus externis non facile iudicantur. Arr. Epiet. lib. 4. cap. 9. char. 422.

Lædij a semetipso deterius est, quam ab alio. Simpl. in Epiet. char. 127.

Lege quæ statuta sunt serua. Pythagoræ aurea verba. char. 1978.

Lenitas non est de affectionibus agentibus in corpore, vt mutet naturam eius, quod offendit in illam, nec est de virtutibus repellentibus a suis corporibus aliquid, ita vt elongare faciat corpora a se. Auic. de anima, par. 3. cap. 6. char. 14. col. 2.

Leo naturaliter timet ignem, & homines debiles, & senes ab eo facile euadunt, & viuunt multum. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 7. char. 40. col. 2.

Lepus si fertur ad terram Aneti, moritur. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 2. char. 37. col. 3.

Liberi creandi sunt, vt post nos relinquamus, qui Deos colant. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 161.

Libertas est nomen virtutis, vt seruus vitij: vt runque voluntatis opus, quæ quibus attributa non est, ea neutrum horum attingit. Epiet. sent. char. 222.

Libertas est innocentia. Alter. Had. & Epiet. char. 231.

Liberum, quod natura est non potest ab alio perturbari, quam a semetipso. Arr. Epiet. lib. 1. cap. 19. char. 75.

Liber non est, qui viuunt in peccatis, merens, dolens, & perturbatus. Arr. Epiet. lib. 2. cap. 1. char. 122.

Liber non est, qui præter animi sui sententiam adulatur. Arr. Epiet. lib. 3. cap. 26. char. 361.

Liber est qui viuunt, vt vult, qui nec cogi, nec prohiberi, nec vim pati potest, cuius appetitionis non impediuntur, desideria non frustrantur, auersiones non sunt irritæ, ergo nemo improbus liber. Arrian. Epiet. lib. 4. cap. 1. char. 384.

Liberales est qui extra se donat non propter retributionem: nam qui dat propter retributionem dicitur venditor, vel accommodator, vel fœnerator. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. char. 95. col. 1.

Ligna cupressiua non coaceruanda, idest ne ex sacris rebus, & Deo dicatis nobis opes ad delicias comparemus, ac eas in nostros vsus proprios conuertamus, vel non esse nos debere nimis solliciti de sepultura, & funere. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 45.

Ligna in via non sunt secanda, ne scilicet nimis curis vitam discruciemus, vel ne publica turbare velimus. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 142.

Linguam in primis coerce, Deum imitans. Pythagoræ symbola. char. 1979.

Lingua apud homines & bonum, & malum est. Anarchidis problem. char. 237.

Lingua facta est propter gustum, vt manus molendinarij inducendo cibum, & hominis lingua est propter loqui, & mouetur a nouem musculis, & homines qui mouent multum linguam in sermone habent linguam latam, & non multum ligatam. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 12. char. 49. col. 4.

Locus est quid maximum capit enim omnia. Thaletis problem. char. 234.

Loci essentiam non intelligimus, nisi comparatione, quam habet ad corpus, quod moratur in eo, & discedit ab eo, & ad illum accedit per motum. Auic. suffic. lib. 2. cap. 5. char. 27. col. 3.

Locus est superficies, quæ est finis corporis continentis, & æqualis, & permanens locatis, & eam complent locata, & nihil plus, & discedit ab ea in motu, & accedit ad eam, cum locatum trahit ad eam, & impossibile est esse in ea duo corpora simul. Auic. suffic. lib. 2. cap. 9. char. 31. col. 1.

Locus non est prior motu causalitate, sed est prior eo natura, ita vt si fuerit motus, erit locus non autem si

fuerit locus erit motus: Auic. sufficient. libr. 2. cap. 9. char. 31. col. 2.

Locus est comitans causam materialem motus. Auic. suffic. lib. 2. cap. 9. char. 31. col. 3.

Locus non est nisi aliquid in quo vicissitudinantur corpora locata. Auic. suffic. lib. 2. cap. 9. char. 31. col. 3.

Locus non est continens primum, sed id quod continet aliquid discretum a se, & continens discretum est a contento. Auic. sufficient. libro secundo, capit. 9. char. 31. col. 3.

Locus non mouetur per se ipsum, sed accidentaliter. Auic. suffic. lib. 2. cap. 9. char. 32. col. 1.

Locus non est superficies absolute, sed est superficies ex intellectu circumscribentis. Auic. sufficient. libr. 2. cap. 9. char. 32. col. 1.

Logica vt philosophia tractat, diuidit & inquit res, vt habent esse, non est pars philosophiæ, sed vt prodest ad hoc est instrumentum, at vt philosophia tractat, de omni inquisitione speculatiua, & de omni modo est pars philosophiæ, & instrumentum cæterarum partium philosophiæ. Auic. logica, parte prima, char. 2. col. 2.

Logicæ scientiæ finis est prodesse ad sciendum qualiter debeat esse dictio dans intellectum, qui afferat scientiam veritatis essentia rei, & qualis sit, quæ ostendit illam, quamuis non perueniatur per eam ad veritatem essentia ipsius, & qualis sit vniuersa, quæ videtur hoc facere, & non facit, & quæ facit fidem necessariæ veritatis, & quæ verisimilitudinis, & quæ falsa. Auic. logica, par. 1. char. 2. col. 3.

Logica eget homo nisi sit diuinitus inspiratus. Auic. log. par. 1. char. 3. col. 1.

Logica tractat de vocibus, quia non potest ratio componere intellecta, quin cum illis proferat verba. Auic. log. par. 1. char. 3. col. 2.

Logicæ subiectum sunt intentionis intellectæ secundo, quæ apponuntur intentionibus prima intellectis, vt per eas veniunt de incognito ad cognitum, non vt habent esse intelligibile. Auic. metaph. tr. 1. c. 2. c. 70. c. 3.

Longissimum est spes. Alter. Had. & Epiet. char. 231.

Loqui non oportet de rebus diuinis sine lumine, idest sine scientia, & cognitione. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola. char. 156.

Loqui sæpe penitet tacere nunquam. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 158.

Loquendum non est aduersum Solem, idest non esse repugnandum contra manifesta, alij non incidendum esse in insidias dicunt, vel aduersus diuinitatem non esse loquendum. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 137.

Lumen est affectio corporis habentis lucem, cum oppositum fuerit illi, & fuerit inter ea corpus receptibile lumen, vt aqua, & aer, quæ adiuuant, & non impediunt. Auic. de anima, par. 3. cap. 1. char. 10. col. 1.

Lumen est qualitas quam mutat corpus non translucens a lucido, & translucens efficitur per eam translucens in effectu. Auic. de anima, parte 3. capit. tertio, char. 11. col. 2.

Luna est diei adiutrix, noctis oculus, fax tenebrarum. Alter. Had. & Epiet. char. 233.

Lupi, & canes abhorrent comedere alia præter carnes, nisi in necessitate, vt lupus comedit terram in magna necessitate. Auic. de animalibus, libro 8. capit. 1. char. 36. col. 4.

Lux est pars compositionis huius visibilis, quam vocamus colorem, & est quoddam, quod enim admixtum fuerit colore, quo est in potentia, tunc ex utroque prouenit id, quod est color in effectu, propter commixtibilitatem. Auic. de anima, par. 3. cap. 3. char. 11. col. 2.

Lux & si non sit manifestatio coloris, & tamen causa manifestandi colorem, & causam resultandi in alio. Auic.

Auic. de anima, par. 3. cap. 3. char. 11. col. 2.
Lux est qualitas, quæ ex sua essentia est perfectio translucentis, vt est translucens, est etiam aliqua qualitas in eo, quod est visibile ex sua essentia, & non per aliud, & ideo prohibet videri id quod est post ipsum. Auic. de anima, par. 3. cap. 3. char. 11. col. 2.
Luxuria, & ira non est miscenda, luxuria cito perit, ira diu permanet. Epiet. sent. char. 221.
Luxuriam, aut iniuriam Deo placere, nemo tam amens est, vt existimet. Simp. in Epiet. ch. 32.
Luxuriant vacca duorum dentium, & equus duorum dentium, & capra, & ouis vnus anni, porcus quatuor mensium, porca sex mensium parit, & masculi sunt meliores ad generandum tribus annis completis, & canes incipiunt luxuriari ab octo mensibus, & qui tarde luxuriant sunt vnus anni, equi quidam luxuriant post tres annos, & vsque ad viginti annos, melius generant, licet luxurient ad trigintatres annos, & masculi, qui non stant foeminis suis, viuunt vsque plusquam quadraginta annos, & equa viuere potest vsque ad annos quadraginta, & iam visus fuit in equus annorum septuaginta, & asinus luxuriat post tertium annum, nec incipit priusquam post duos annos cum dimidio. Auic. de animalib. lib. 5. cap. 2. char. 34. colum. 2.

M



MAGNATES accedere, non solent, qui sibi viuunt, ideo si quid negocij futurum est cum aliquo ex proceribus, proponendum est quid in ea re fecisset Socrates, aut Zenon, & ita ratio non deficiet vt recte id administrat. Epiet. char. 186.

Mali natura in mundo non existit, cum sit aberratio a scopo. Epiet. char. 109.
Malum positum est in mala voluntate, & in hac cautionem habere debemus, at in his quæ in nostra potestate non sunt fiduciam habere debemus; nam mors & labor non est terribilis, sed opinio, & timor mortis, & laboris terribilis est, ideo morti non fuga opponenda est, sed neglectio timoris, constantia, & alacritas. Arr. Epiet. lib. 2. cap. 1. char. 120.
Malum hominis est causam suam male agere, sua non curare, & externa attendere. Arrian. Epiet. libro 3. cap. 18. char. 290.
Mala non voluntaria nec a Deo, nec a legibus puniuntur, & malum nunquam, vt malum ab animo amplectitur, sed vt quoddam bonum. Simp. in Epiet. ch. 67.
Malum est peccati accidens, & affectio contra naturam eius penes quod est, qua caret eo, quod eius naturæ conuenit, & ipso bono. Simp. in Epiet. char. 115.
Mala non sunt illa, quæ per se expetenda non sunt, quia sæpe multum cõferre possunt ad id, quod per se se expetendum est; si enim mala essent, ad bonum non conferrent, vt sectiones membrorum, & vstiones amplectitur, & mercedem pro his damus, & medicis gratias agimus: Quod si mala essent, non facturi essemus. Simp. in Epiet. char. 120.
Malum fit cum anima auertitur a Deo ad brutam vitam si inclinatur, & non imperare, sed cupiditatibus seruire mauult. Simp. in Epiet. char. 122.
Mali nullus causa Deus est. Simp. in Epiet. char. 123.
Mali plerumque in mala incidunt, si paulisper respuerint intelligent se, neque fortunatos, neque beatos esse, sed contra miseris, & infelices, & si secunda fortuna in rebus externis, aut plerumque, aut etiam semper vt

magis infelices erunt. Simp. in Epiet. char. 162.
Malum esse peius est ipso non esse. Simpli. in Epiet. char. 166.
Malitia non habet essentiam, sed est vel priuatio substantiæ, vel priuatio vtilitatis dispositionis substantiæ. Auic. metaph. tract. 8. cap. 6. char. 100. col. 1.
Malum non est malum, nisi in quantum est priuatum perfectione, & est malum per habitum malitiæ. Auic. metaph. tract. 4. cap. 2. char. 86. col. 1.
Malum dicitur multis modis, vt defectus, & est ignorantia, debilitas, & deformitas, vt dolor, & tristitia, in quibus est aliqua apprehensio causæ, non amissiones rei tantum. Auic. metaphysic. tract. 9. cap. 6. char. 105. col. 4.
Malum per essentiam est priuatio, nec est quælibet priuatio, sed priuatio priuati iudicij naturarum rerum a perfectionibus suæ speciei, & suæ naturæ, malum per accidens est priuatum, vel retrahens a iure suæ priuationis, non autem est bonum ex priuatione absoluta, nisi ex eius nomine, nec est etiam malum quod fit, ne aliud sequatur malum, nisi id in cuius natura est aliquid in potentia; & hoc fit propter materiam, & malum sequitur materiam propter aliquod principium quod sibi accidat, & propter aliquid nouum, quod postea aduenit. Auic. metaph. tract. 9. cap. 6. char. 106. col. 1.
Malum sequitur materiam propter aliquod principium, quod sibi accidit, quia imprimunt causæ extrinsecæ aliquam dispositionem, quæ prohibet eius propriam aptitudinem a perfectione, ex qua prouenit malum circa illum, aut quod contingit extrinsecus, vt vel prohibens interpositum, & retrahens a perfectione, vel contrarium adiunctam destruens perfectionem. Auic. metaph. tract. 9. cap. 6. char. 106. col. 1.
Malum multis modis dicitur, dicitur enim opus abominabile, & dicitur malum principium eius, scilicet mores, & dicitur malum dolor, & tristitia, & huiuscemodi, & defectus rei a sua perfectione, & amissio rei quam naturaliter debebat habere. Auic. metaph. tract. 9. cap. 6. char. 106. col. 2.
Malum quod est in actionibus, vel est respectu eius, quæ amisit suam perfectionem propter aduentum eius ad illum, vt iniuria, vel respectu eius, qui amisit perfectionem quam debet habere in gubernatione suorum, vel ciuitatis, vt fornicatio. Auic. metaph. tract. 9. cap. 6. char. 106. col. 2.
Maledicendum non est alijs, ne audias quæ nolis. Chilonis problem. char. 236.
Maledicta si quis accusatur in te dixisse; ne refuta quæ dicta sunt, sed responde, eum nescisse cætera tua vitia, nam alioqui non talia sola fuisse dicturum. Epiet. char. 182.
Masculi stant vt in pluribus in parte dextra vteri, foemina in sinistra, quia est magis frigida, at cum sperma est magnum, & multum etiam aliquando mas est in parte sinistra. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 1. char. 41. colum. 1.
Masculus formatur in matrice celerius quam foemina, & minimum tempus est in formatione masculi est triginta dierum. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 5. char. 43. colum. 2.
Masculinum, vel foemininum fit, vel alteratur si coitus fit vel versus Septentrionem, vel Austrum, & sit ventus Meridionalis, vel aliquod accidens inducit frigus in matrice, & fortis calor facit masculum; nisi excedat ita vt non generet, & si forte fuerit semen patris assimilabitur patri, si matris matri, si nemo superauerat neminem assimilabit. Auic. de animalib. lib. 18. cap. 1. char. 63. col. 1.
Materia vt est in potentia receptibilis formarum vocatur hyle, & secundum id quod est in actu sustinens formam

formam vocatur subiectum, & vt est communis omnibus formatis vocatur materia, & vt omnia resoluuntur in illam, & est ipsa pars simplex receptibilis formæ totius compositi, vocatur elementum, & vt ab illa incipit compositio dicitur origo. Auic. suffic. lib. 1. cap. 2. char. 14. col. 2.
Materia est, quæ dicitur hyle, habet naturam, quæ generaliter intelligitur, quod est res, quæ solet recipere aliam rem in sua essentia, quam prius non habebat, vnde est quicquid est, & est in illa non accidentaliter, & aliquando est simplex, aliquando composita post simplicem, & est principium ex intellectu, quia est vna ex duabus partibus generati. Auic. suffic. lib. 1. cap. 1. char. 16. col. 1.
Materia est pars, quæ non constituit in actu, quæ esse materiæ non sufficit, vt sit in actu res, sed vt sit in potentia. Auic. suffic. lib. 1. cap. 10. char. 19. col. 3.
Materia naturaliter obedit animæ, & fit ex ea iuxta ipsius voluntatem, & multo plus quam contrariis agentibus in se. Auic. de anima, parte 4. capit. 4. char. 20. colum. 4.
Materia informata dimensione non potest infundi in aliam dimensionem, & ideo impossibile est, vt corpus infundatur in inuentionem aliquo modo. Auic. suffic. lib. 2. cap. 7. char. 29. col. 1.
Materia dum molis est magis apta generationi eius, quod ex ea generatur, aut vegetatur ex ea, & quanto appropinquatur duritiei, minus est apta, quia calor agit in materiam humidam, & ideo in pueris, & adolescentibus vegetatio, & augmentatio velocior est, quam postea. Auic. de coelo, & mundo, c. 11. c. 40. c. 4.
Materia omnis consistit ex quibusdam qualitibus, quibus si nudata fuerit, nulla ratione comprehenditur vnaquæque autem species qualitatis ratione a subiecto separatur. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 2.
Materia sine formis in nullo intelligi potest. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 2.
Materia cum est in effectu subiicitur prædicamentis, vt componatur ei, & cum causis considerata prædicatur cum illis, eo quod est in illis per earum modum, non per modum materialem, & tunc contingit eam prædicari in genere per modum generis, & in specie per modum specialem, vt secundum esse suum in causis sit prædicamentum secundum esse materiale, subiicitur ei. Auic. de intellig. cap. 4. char. 65. col. 3.
Materia vltima non est composita ex materia, & forma, nec potest esse sine forma. Auic. metaphysic. tract. 2. cap. 3. char. 76. col. 3.
Materia, & forma non sunt relatæ. Auic. metaph. tract. 2. cap. 4. char. 77. col. 2.
Materia, & formæ habitudo est talis, quod præter eam vnum earum est causa, alterum causatum. Auic. metaph. tract. 2. cap. 4. char. 77. col. 2.
Materia est id quod habet esse in potentia, & hoc est eius proprium, sed in effectu est per formam. Auic. metaph. tract. 2. cap. 4. char. 77. col. 4.
Materia cum mouetur ad recipiendum vnitatem formæ quæ facit speciem, accidit ei accidentia ex cõplexionibus, & cæteris alijs, quibus variatur eius dispositio in actiones prouenientes ex illa, non ex hoc quod recipit formam generis, aut formam differentiam, quia non quicquid recipit de dispositionibus, & quod accidit ei est de vniuersitate eius quod continet sub fine ad quæ mouetur in generando. Auic. metaphysic. tract. 5. cap. 4. char. 88. col. 4.
Materia est causa, quæ est pars essentia rei in qua est id per quod res est in effectu, & in qua requiescit, potentia esse eius. Auic. metaphysic. tract. 6. cap. 1. char. 91. colum. 2.
Materiale principium comparatur ad compositum, vt comparatio causæ, semper, quia est pars constitutionis

compositi, & pars in se ipsa prior est tota, quia constituit essentiam eius, sed comparatio eius ad illam non intelligitur, nisi tribus modis, vno quod nec præcedit, nec sequitur eam in esse, alio, quia materia eget tali quale est hoc in constitutione in effectu quod sit prius ea in esse essentiali quasi esse suum non dependeat ex materia, tertio vt materia sit constituta in sua essentia, & ducta in actum, & præcedat rem, & constituat eam, & sic primus motus est secundum relationem essendi simul, & duo alii modi secundum relationem prioris, & posterioris: in primo horum duorum prioritas est eius quod est in materia: in secundo eorum prioritas est materiæ. Auic. suffic. lib. 1. cap. 10. char. 19. col. 2.
Materiale principium est id in quo est potentia essendi rem. Auic. metaph. tract. 6. cap. 4. char. 93. col. 2.
Matrices sunt asperæ interius vt detineant sperma. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 2. char. 41. col. 1.
Matrix in tempore coitus debet esse humida temperate, vt sudoris humiditas, aut lachrymarum oculi, cum aspiciunt Solem, aut vt salua hominis cum delectatur in cibo; tempore vero impregnationis debet esse sicca. Auic. de animalib. lib. 10. cap. 1. char. 44. col. 3.
Matrix est posita posterius, vesica interius intestinis, vt sit culcitra inter illa, & custodiatur inter illa propter creaturam. Auic. de animalibus, libro 15. capit. 1. char. 59. colum. 4.
Mederi oportet quoad possis. Pythagoræ aurea verba. char. 1979.
Medicina duplex vna corpora curat, altera sanitatem conferuat, sic & animus non solum curatur, sed & conferuatur. Simp. in Epiet. char. 62.
Medullam maximam habet homo respectu sui corporis. Auic. de animalib. lib. 1. char. 29. col. 4.
Medulla est membrum frigidum. Auic. de animalib. lib. 17. cap. 1. char. 45. col. 1.
Medulla pueri est sanguinea, & iuuenum est ex acutiori sanguine, quam senum, & medulla est sustentamentum ossium. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 6. char. 46. col. 2.
Mel corrumpunt araneæ si nascuntur in aluearijs, & propter hoc corrumpunt apes. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 6. char. 40. col. 1.
Melanuros ne gustes, id est ne commercium habeas cum improbis. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 112.
Membranae omnes inuolutes membra pectoris, nascuntur a membranis laterum, & quæ inuoluerit nutritiua nascuntur a membrana, quæ supponitur musculus ventris. Auic. de animalibus, lib. 1. cap. 4. char. 29. colum. 3.
Membranae tres circundant creaturam, vna circundat totum, & in ea texuntur venæ, quarum venæ pulsatiles veniunt ad locum non ramificatum, & non pulsatiles, terminantur ad vnam venam circumuolutam, & ad illam descendit vrina creaturæ, & alia membrana in qua adunatur sudor creaturæ, & tertia quæ est subtilior in qua adunatur humiditas subtilis, quæ fluit a creatura. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 5. char. 43. col. 2.
Membrum omne in sua compositione naturali assimilatur suo nutrimento in sua constitutione accidentali sibi propinquo. Auic. de animalibus, libro 12. cap. 2. char. 45. col. 2.
Memoria, & reminiscencia est vis ordinata in posteriore concuitate cerebri, retinens quod apprehendit vis existimatiua de intentionibus non sensatis singulorum sensibilium. Auic. de anima, parte 1. cap. 5. char. 9. colum. 2.
Memoria, virtus, est thesaurus apprehendentes intentionem, cuius has est posterior pars cerebri, & cum ibi accidit infirmitas, corrumpitur custodia harum intentionum. Auic. de anima, par. 4. cap. 1. char. 17. colum. 4.

Memores valde sunt quorum animæ non habent multos motus, nec disperguntur cogitationes eorum. Auic. de anima, par. 4. cap. 3. char. 19. col. 3.

Memoria est in loco posteriore cerebri, ideo vt spiritus cogitationis sit in medio inter thesaurum formarum, & thesaurum intentionum, & spatium, quod est inter vtrumque, est æquale vt illæ, & æstimatio diminuetur in toto cerebro. Auic. de anima, par. 5. cap. 8. c. 28. c. 3.

Mendacia patienter audire oportet, & experiri, quibus malis liberemur, si in communi hominum conuersatione iisdem passionibus, vt illi obnoxii, auxilio autē, & beneficio disciplinæ cōtrarii illis fiamus. Hier. c. 93.

Mens est velocissimum, quia percurrit omnia. Thaletis problemat. char. 234.

Mentis interuentu omnia in ordinem redacta sunt, omnia enim simul fuere. Anaxag. problem. char. 235.

Menstruum cum tardatur dolet mulier, & cum venit grauescit corpus, & cum absconditur quasi suffocatur, & cum menstruat complete, post erit tempus imprægnationis, & post imprægnationem raro accidit menstrua, quia illud necessarium est creaturæ, & exitus menstrui aliquando facit abortum. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 1. char. 40. col. 4.

Menstruus sanguis diuidit se in imprægnata in tres partes, in cibum, in potum, in lac; hic enim ascendit ad mamillas, & alia est superfluitas quæ quiescit intus vsque ad tempus partus, & eiicitur. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 5. char. 43. col. 2.

Menstruus sanguis est superfluitas vltimæ digestionis, sed non peruenit ad digestionem spermatis, vt nec illud quod dicitur sperma mulieris nõ peruenit ad eam digestionem, vt sperma viri, quia mulier est mare debilior. Auic. de animalib. lib. 15. cap. 3. char. 60. col. 3.

Meiſa muta, & præsepe idem fere sunt. Simplic. in Epiet. char. 176.

Mensura implendi, & euacuandi corpus est ratio coaptans, & coniungens corporis habitum operibus animi, sic ea exercitia eligimus, & nutrimenta, quæ non nimium corpus pingueſcant, & vltra modum mētem impediunt. Hieroc. char. 116.

Mensura extremorum est adiūctum, quod est inter duo extrema. Auic. suffic. lib. 2. cap. 7. char. 28. col. 4.

Mensuram indicare est, vel vt mensurat indicat mensuratum, vel cum mensuratum indicat mensuram. Auic. suffic. lib. 2. cap. 12. char. 35. col. 2.

Mensura cuiusque rei minor est omnibus his quæ mensurantur. Auic. de celo, & mundo, cap. 8. c. 40. col. 1.

Mentiendum non esse primus locus est, deinde cur non fit mentiendum, postea id præceptis differendi declarare nos deceptos non esse, & in eo perpetuo laborare. Epiet. char. 212.

Metaphysica differt a topica, & sophistica, quia ipsa non loquitur de quæſtionibus singularum scientiarum, & a topico in fortitudine, & potentia, a sophistico voluntate. Auic. metaph. tract. 1. cap. 3. char. 71. col. 1.

Metaphysica monstrat principia singularum scientiarum, quæ inquirunt dispositiones vniuscuiusque esse. Auic. metaph. tract. 1. cap. 2. char. 71. col. 1.

Metaphysica est scientia de rebus separatis a materia, definitione, & definitionibus. Auic. metaph. tract. 1. cap. 2. char. 71. col. 1.

Metaphysicæ quæſtiones quædam sunt causæ esse, in quantum esse est causarum, quædam sunt accidentalia esse, quædam sunt principia singularum scientiarum. Auic. metaph. tract. 1. cap. 2. char. 71. col. 1.

Metaphysica nobilior est scientia, quia est certitudo veritatis, & nobilior scitum, quod est Deus, & causæ quæ sunt post eum, & etiam cognitio causarum vltimarum omiſſe, & cognitio Dei, quatuor sunt, quæ in ea inquiruntur, quædam sunt separata a materia, & eius appenditiis, quædam sunt commixta materiæ, sed ad

modum, quo commiscetur causa, constituens, & præcedens, materia non est constituens illa: quædam sunt quæ inueniuntur in materia, & non in materia, vt causalitas, & vnitas quapropter ea quæ habent cōiter, vt sint talia sunt; ad certificationem sui non est opus esse materiæ, omnia autem communicant in hoc quod esse eorum non est materiale, scilicet vt esse eorum sit ex materia, & quædam sunt res materiales, vt motus, & his aliquibus inquirunt, secundum esse quod habent. Auic. metaph. tract. 1. cap. 2. char. 71. col. 1.

Metaphysicæ utilitas est profectus certitudinis principiorum scientiarum particularium, & certitudo eorum, quæ sunt eis communia, quid sint, quamuis illa non sint principalia causalia, & est vt utilitas regentis ad id quod regitur. Auic. metaph. tract. 1. c. 3. c. 71. c. 2.

Miles est murus imperii, defensor patriæ, gloriosa seruitus, potestatis iudicium. Alterc. Had. & Epiet. ch. 233.

Mingendum non est aduersus Solem, id est in omnibus rebus pudor seruandus. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola. char. 136.

Miseros homines cognosces cum suorum sint malorum causa, qui bona cum prope sunt, nec vident, nec audiunt: solutionem malorum pauci admodum intelligunt tale factum lædit mentes hominum qui reuolutionibus quibusdam ex aliis ad alia feruntur infinitis malis obnoxii lætifera discordia insita latenter obeſt, eam tu euita cedēdo, postquam venerit, ne exaugeas. & Iuppiter pater a malis, vel libera homines, vel offēde illis quo dæmone vtantur, at tu confide quoniam diuinum genus hominibus inest, his enim sacra natura proferens vniuersa dēmonſtrat, quorum si quid fuerit reuelatum, abstinebis ab iis, a quibus abſtinendum iubeo, quod si medicinam adhibueris animam ab his laboribus liberabis: verum abstine a mortalibus, quæ supra diximus in purgatione, solutioneque animæ. Pythagoræ aurea verba. char. 1979.

Mobile dum mouetur est in duplici potentia, vna ad quæ itur per motum, & altera ipse motus. Auic. suffic. lib. 2. cap. 1. char. 23. col. 2.

Mobile ex se ipso non quiescit propter quietem alterius, nisi cum quies alterius fuerit in esse, aut in opinione opinatoris. Auic. suffic. lib. 2. cap. 1. char. 24. col. 2.

Mobile est a quo est principium motionis, scilicet in quo est perfectio prima eius quod est in potentia ex se ipsa, ita vt si omnia quæ sunt, ita vt sint omnia apud ipsum maneat in sua dispositione, eius tamen dispositio est, vt mutetur, immobile est id a quo non est principium mutationis. Auic. suffic. lib. 2. cap. 9. c. 31. col. 3.

Mobilia duo possunt simul se moueri, & perficere suum cursum simul vnum maiorem, alterum maiorem quod fiet, aut propter diuersitatem velocitatis, vel propter diuersitatem quietum permixtarum, & possunt simul incipere, & simul perficere cursum. Auic. suffic. lib. 2. cap. 11. char. 33. col. 4.

Mola fit cum mulier somniat coitum, & clauditur super illo spermate matrix, aut coit mas, & sperma maris nõ intrat in matrice, sed foemina tantum, & complexio matricis bona coagulat illam materiam, & coagulatur, & caliditate, & siccitate, & frigore. Auic. de animalib. lib. 10. cap. 1. char. 44. col. 3.

Moleſta duo tantum sunt frustratio eorum, quæ volumus, & eorum quæ nolumus perpeſſio, quæ ambo nobis non accident, si intenti erimus iis rebus, quæ penes nos sunt. Simp. in Epiet. char. 28.

Moleſtis rebus nemo volens immoratur. Simplic. in Epiet. char. 109.

Mollities neruorum prope medullam nõ significat originem a medulla, quia accidit ob id, quod nerui applicantur ad medullam, & possumus dicere quod medulla oritur a neruo, & neruus non facit se humidum, nisi vt medulla nascatur ab eo. Auic. de animalibus,

animalibus, lib. 3. cap. 1. char. 31. col. 2.

Monumentum est saxa stigmata, otiosi viatoris spectatio. Alter. Had. & Epiet. char. 232.

Morbum fugare oportet omni malo a corpore, ignorantiam ab anima, luxum a ventre, seditionem a ciuitate, discordiam a familia: in summa ab omnibus intemperantia. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 181.

Mortem, fato omnibus insitam esse scito. Pythagoræ aurea verba. char. 1979.

Mors non est malum, nam si esset & Socrati mala vifa esset, sed opinio quam nos habemus de morte, malum eam facit; nam alios accusare ob suam calamitatem inerediti est hominis, se ipsum, eius qui erudiri cepit, nec se, nec alium erudit. Epiet. char. 44.

Mors, & exilium, & omnia, quæ in malis habentur quotidie ante oculos habenda sunt, & omnium maxime mors, sic nihil humile, nec impense cogitabis, & cupies. Epiet. char. 91.

Mors improbat vitæ præstat. Epiet. sent. char. 226.

Mors est nulli timenda, si sapiens degat inimica vitæ numen animantium, metus parentum, liberorum præda testamenti gratia post mortem sermo, supremæ lachrymæ post memoriam obliuio, fax rogi, onus sepulchri, titulus monumenti omnium malorum finis. Alter. Had. & Epiet. char. 232.

Mortuus coronatur, quia agonem se vitæ transegisse testatur. Alter. Had. & Epiet. char. 232.

Mors est perpetua securitas. Alter. Had. & Epiet. ch. 232.

Mormopolis ligatur vt parem post obitum esse se sciat. Alter. Had. & Epiet. char. 232.

Mare est iter incertum. Alter. Had. & Epiet. char. 233.

Mors immatura humana vi illata, quæ omnium atrociorum rerum atrocissima videtur, non est atrox. Simplic. in Epiet. char. 44.

Mors toti conducit, cum vnus interitus est alterius generatio, & natura partem contemnit, propter totum. Simp. in Epiet. char. 58.

Mortali in loco inanimato, cum ea natura sit, vt perueriti possit, ideo anima natura immutabili prædita, cum sola est, nullius mali particeps est. Simp. in Epiet. char. 18.

Mors & si non sit ex lege naturæ particularis, est tamen ex lege naturæ vniuersalis, vt anima exuatur a corpore ad felicitatem Beatorum, quæ est causa propter quam creatus est homo, & quia alii homines debent habere esse, & si omnes viuerent ceteros non caperet locus, nec sufficeret eis victus, nec in potentia materia esset sufficientia aliorum, cum & ipsis debeatur esse quale est horum esse, nec illi mererentur priuationem semper, nec isti vitam semper. Auic. suffic. lib. 1. cap. 7. char. 17. col. 4.

Mors, & Ethica non est vt non tendat ad finem, sed propter defectum corporalem in comitando in materia formam eius, & conseruando eam in illa per restitutionem eius, quod resolutum est ex ea. Auic. suffic. lib. 1. cap. 14. char. 22. col. 2.

Morum disciplina, & ciuilis facultas in officiis versatur. Simp. in Epiet. char. 130.

Mores non roborantur nisi frequentatione passionis. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. char. 94. col. 1.

Motio est dispositio mobilis, quia motus confertur mobili secundum quod est in eo, dispositio est motus nõ mobilis, quia comparatio motus ad subiectum est alia ab intellectu cōparationis subiecti ad motum quamuis esse comitentur in esse. Auic. suffic. lib. 2. cap. 1. char. 24. col. 4.

Motus voluntarius duplex est, alius motus localis de loco ad locum, & est motus contrahendi, & extrahendi membra animalis, ex quo non prouenit motus totius de loco ad locum. Auic. de anima, par. 2. cap. 3. char. 7. col. 4.

Motus principium, aut est præparas, aut perficiens, præ-

parans est id, quod præparat materiam, & perficiens est id, quod tribuit formam constituentem species naturales, & est extranaturalia. Auic. sufficient. lib. 1. cap. 10. char. 19. col. 1.

Motus est perfectio prima eius, quod est in potentia, vt est adhuc in potentia. Auic. suffic. lib. 2. cap. 1. c. 23. c. 2.

Motus variæ datæ sunt definitiones, quia mutabilis est in sua natura, vt non inueniantur dispositiones eius stabiles in actu, & eius esse inter præteritum, & futurum. Auic. suffic. lib. 2. cap. 1. char. 23. col. 2.

Motus est nomen duorum intellectuum, vnum quod non est possibile, vt habeat esse in actu stabili in signatis, & aliud quod possibile est, vt habeat esse in actu stabili in signatis indiuiduis, vel sensibilibus, sed describitur forma eius stabilis in intellectu propter comparisonem mobilis ad duo loca, vnum quem dimisit, & aliud ad quem peruenit, aut describitur in imaginatione. Auic. suffic. lib. 2. cap. 1. char. 23. col. 2.

Motus pendet ex sex rebus motum, mouens, in quo est, a quo est, & ad quod est, & tempus. Auic. suffic. lib. 2. cap. 1. char. 23. col. 4.

Motus habet principium, & finem, secundum potentiam, & secundum effectum, sed potentia est duobus modis, aut secundum propinquitatem ad effectum, & secundum elongationem ab effectu. Auic. suffic. lib. 2. cap. 1. char. 24. col. 3.

Motus, mouere, & motio sunt vna essentia, cum accipitur respectu sui ipsius est motus, cum accipitur in respectu eius in quo est, est motio, cum accipitur in cōparatione eius a quo est, vocatur mouere. Auic. suffic. lib. 2. cap. 24. col. 4.

Motus, cogitationes, & considerationes, sunt aptantes animam ad incipiendum enunciationem. Auic. de anima, par. 5. cap. 5. char. 25. col. 2.

Motus non est in prædicamento substantiæ, cum forma substantiales non recipit magis, & minus, & generatur, & corrumpitur subito. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 3. char. 25. col. 3.

Motus est in quantitate, prout augetur subiectum, & prout minuitur, & cum sine augmento, & diminutione subiectum recipit mensuram maiorem, vel minorem ex dissolutione, vel restauratione sine separatione suarum partium. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 3. char. 26. col. 1.

Motus est in situ. Auic. suffic. lib. 2. cap. 3. char. 26. col. 3.

Motus non est in prædicamento habendi per se ipsum, & primo. Auic. suffic. lib. 2. cap. 3. char. 26. col. 4.

Motus est in quatuor prædicamentis tantum, in quantitate, qualitate, vbi, & situ. Auic. suffic. lib. 2. cap. 3. char. 27. col. 1.

Diffinitio vnus contrarii elicitur a diffinitione alterius contrarii. Auic. suffic. lib. 2. cap. 4. char. 27. col. 1.

Motus naturalis rectus necessario discedit a loco, & tendit in locum, & id a quo discedit, esse debet discretum ab illo in quod tēdit. Auic. suffic. lib. 2. cap. 8. c. 29. c. 4.

Motus in tenuioribus citius fit, in crassioribus tardius, cuius causa est potentia resistendi, quæ maior est in corpore grosso, quàm in tenui. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 8. char. 30. col. 1.

Motus rei essentialiter est, vt separetur ab omni, quod est cum illa, & contineat illam separatione suæ essentia, non causæ comitentis, & propter hoc stabilitur locus. Auic. suffic. lib. 2. cap. 9. char. 31. col. 2.

Motus non est tempus, quia aliquando est motus velocis, & aliquando tardus: tempus vero non est tempore velocius, nec tardius, & aliquando duo motus sunt simul, & duo tempora non sunt simul. Auic. suffic. lib. 2. cap. 10. char. 33. col. 3.

Motus mensurat tempus, quia indicat mensuram eius per id quod fit in eo prius, & posterius. Auic. suffic. lib. 2. cap. 12. char. 35. col. 2.

Motus omnis simplex, aut est rectus, aut circularis, quia motus non potest esse sine linea, & lineæ simplices sunt solum, aut rectæ, aut circulares. Auic. de cælo, & mundo, cap. 2. char. 37. col. 1.

Motum esse in hoc, vel in illo prædicamento potest intelligi quatuor modis, vnus quod prædicamentum quamuis non sit subiectum motus per se, est tamen subiectum eius cum medio, vt extremitas corporis qua mediante accidit corpori superficies, secundus non inuenitur in libris, tertius quod prædicamentum genus est motus, & motus est species eius: quartus quod substantia mouetur de vna specie, quæ est in vno prædicamento ad aliam, & de vno modo ad alium, & hæc est nostra intentio. Auic. suffic. lib. 2. cap. 3. char. 25. col. 3.

Motus omnis volutarius habet principium propinquum, & principium longinquum: propinquum est virtus mouens quæ est in musculis membri, & principium quod hoc præcedit est cõcurfus virtutis desideratiuæ, principium longinquum est imaginatio, aut cogitatio. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. char. 93. col. 4.

Motus animalis principia sunt desiderium, & quia desiderium sequitur imaginationem, vel cogitationem, igitur primum principium erit imaginatio, vel cogitatio. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. char. 94. col. 1.

Motus omnis proueniens a natura, remouetur per dispositionem non naturalem. Auic. metaph. tract. 9. cap. 2. char. 102. col. 2.

Motus non est naturalis corpori absolute hoc est corpori existenti secundum suam dispositionem naturalem. Auic. metaph. tract. 9. cap. 2. char. 102. col. 2.

Motus omnis qui est per naturam potest separari ab eo cui inest per naturam propter aliquam dispositionem, quæ ei accidit. Auic. metaph. tract. 9. cap. 2. c. 105. c. 2.

Motus sensibilis non potest esse nisi corporis, nam omne quod mouetur est necesse, vt sit in locum, & motus nõ est nisi mutatio de loco ad locum, & nihil occupat, vel implet locum, nisi corpus. Auic. de cælo, & mundo, cap. 2. char. 37. col. 1.

Motus circularis non est a natura, si effet, tunc effet a dispositione non naturali ad dispositionem naturalem, ad quam cum peruenisset quiesceret, nec quantum est in se posset redire ad dispositionem illam non naturalem: nam naturalis non agit per electionem, sed ad modum seruiatis, & ad modum eius, quod committatur per essentiam. Auic. metaph. tract. 9. cap. 2. char. 102. col. 3.

Mouens nullum mouet se ipsum, sed extra est id quod mouet. Auic. suffic. lib. 2. cap. 1. char. 24. col. 1.

Mouentis motio nõ potest fieri, nisi tribus motibus, aut impellendo, aut attrahendo, aut vehendo. Auic. de cælo, & mundo, cap. 7. char. 39. col. 4.

Mulieres sciant non ob aliud illis honorem haberi, nisi vt se modestas præbeant, verecundas, & temperantes. Epiet. char. 198.

Mulieribus raro accidit ægritudo ex sanguine, & raro emittunt sanguinem per nares. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 3. char. 32. col. 1.

Mulieres habentes carnem multam, & multum sanguinem habent, vbera plena lacte, sine partu: & in vetulis quando rescinduntur menstrua, aliquando vbera sunt plena sanguine sine partu. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 3. char. 32. col. 2.

Mulieres in hominibus sunt magis piæ, magis conuertibiles, & inuidæ, timidæ, inuerecundæ, stultæ, mendaces, fraudulentæ, & magis recipiunt fraudes, magis recolunt viles res, & magis pigre molles, & paratæ ad consuetudinem. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 3. char. 38. col. 1.

Mulieres secundum plurimum sunt obedientes, & maioris dominationis, & timoris, & debilitatis, præter

leopardas, & lupas. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 3. char. 38. col. 1.

Mulieres, quæ multoties coeunt, non habent delectationem in coitu. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 1. c. 40. c. 4.

Mulieres habent testiculos, & vasa spermatica, quæ sunt plena humiditate spermatica, quæ est magis humida, quam sperma viri. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 2. char. 41. col. 2.

Mulier imprægnata appetit stulta, & contraria, propter retentionem menstruum, quæ retentio mutat colorem oculorum mulieris, & colorem venarum, quæ sunt in lingua ad virorem, & dolorem pectinis propter constrictionem orificii matricis, quod accidit in principio, vel iuxta tēpus imprægnationis trium dierum, & nausea augetur cum incipiunt capilli crescere. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 4. char. 42. col. 3.

Mulier non inuenitur, quæ peperit post quinquaginta annos, vir potest generare vsque ad annos septuaginta octo, & aliquando vsque ad nonaginta, sed raro, & aliqua mulier est sterilis cum vno viro, & fœcunda cum alio, & è conuerso, & sic contingit in viro, aliquando homo in iuuentute facit fœminas, & cum peruenit ad complementum facit masculos, & aliquando non potest generare antequam compleatur eius complexio, alia parit facile, sed difficile retinet in ventre, alia contra, alia semper faciunt masculos, alia semper fœminas. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 5. char. 44. col. 1.

Mulieres quæ pariunt vno partu masculum, & fœminam, raro mater & filii viuunt, sed cū duæ fœminæ, vel duo mares sæpe viuunt, & cum imprægnantur supra primam imprægnationem, vt in pluribus abortiunt. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 5. char. 44. col. 1.

Mulieres cum comedunt multum sal, non nascuntur eius filio vngues propter acumen salis. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 5. char. 44. col. 1.

Mulieres, quæ gerunt masculum sunt in omnibus melioris modi, quam quæ gerunt fœminam, & citius parit. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 5. char. 44. col. 1.

Mulier habens in vulua plagas non potest imprægnari, & de infirmitatibus est cum adunatur in ea aqua in similitudine ydropis, & est ægritudo difficilis. Auic. de animalib. lib. 10. cap. 1. char. 44. col. 3.

Mulieri vir debet tribuere necessaria, quia ipse dominatur, & ipsa sibi obtemperat, & filios nutrire, & doceat vt filius seruiat, & obediat parentibus, & reueratur, & commendet eos, ipsi enim sunt causæ eius esse, quia propter eum multum laboris sustinuerunt. Auic. metaph. tract. 10. cap. 4. char. 109. col. 3.

Mulier custodiri debet, est enim parui sensus, & dicitur bilis, & magnæ voluptatis ex cuius communione prouenit ignominia, & verecundia maxima. Auic. metaph. tract. 10. cap. 4. char. 109. col. 3.

Multi varique sermones partim boni partim mali vulgo circumscribuntur quibus ne mouearis, neq; te coerceri permittas; si quid falsum dicas moderate feras: quod tibi nunc dico omnino perficito. Pythagoræ aurea verba. char. 1979.

Multa quæ sunt conuenientia in specie, & genere non sunt sola absque consortio alterius adiuuantis, quod est causa essentia, quod in se ipsa est conueniens vnũ, nec facit diuersa, nisi quod est aliud ab ipsa, & hoc nõ est vnum ab ea, nisi per ligationem alterius vnus, quod reducit eam ad vnum aliquid: oportet vt illa sit vna ex intelligentiis separatis, sed vltima earum, quæ sequitur nos, a qua propter consortium motuum celestium fuit aliquid in quo est descriptio formarum mundi inferioris secundum modum patiendi, vt in intelligentiis est descriptio formarum, secundum modum agendi, a qua postea fluunt formæ appropriantes ea, non solum per se ipsa, sed propter consortium corporum coelestium. Auic. metaph. tract. 9. cap. 5. ch. 105. col. 2.

Multitudinem

Multitudinem non timere debes. Epiet. sent. char. 226.

Multitudo rerum, aut est ex ea essentia, & forma, aut ex comparatione, quæ est ad materiam, & originem multiplicatam ex locis, quæ circundant vnquamque materiam secundum aliquid, aut ex temporibus proprijs vnus cuiusque illarum, quæ accidunt illis accidentibus, aut ex causis diuidentibus illam. Auic. de anima, par. 5. cap. 3. char. 24. col. 2.

Multitudo intelligitur, vel vt in re sit ex vnitate plus quam vna, & hoc non fit respectu alicuius vno modo, alia est vt sit in ea, quantum est in aliquo alio, & insuper aliud, & hoc est in respectu, & multitudo absoluta opposita est vnitati oppositione: qua aliquid oppositum est suis principijs, ex quibus perficitur, alia opponitur paritati oppositione relationis, nec est contrarietas inter multitudinem, & vnum cum vnitas constituat multitudinem. Auic. metaph. tract. 3. cap. 5. char. 80. col. 4.

Multitudo cum destruitur primo destruitur eius vnitates, & dum ipsæ destruntur ipsa destruitur. Auic. metaph. tract. 3. cap. 6. char. 81. col. 1.

Multum & vnum non sunt contraria, quia ipsorum non est vnum subiectum. Auic. metaph. tract. 3. cap. 6. char. 81. col. 1.

Mulorum species non est naturalis, quia si effet naturalis conseruaretur a natura quod exijt ab eis. Auic. de animalib. lib. 16. cap. 2. char. 62. col. 1.

Mundus totus perfectus est eo quod habet omnes dimensiones, & non terminatur ab alio corpore. Auic. de cælo, & mundo, cap. 1. char. 37. col. 1.

Mundus est tantum vnus. Auic. de cælo, & mundo, cap. 6. char. 38. col. 4.

Mulcæ faciunt sonum per motum alarum. Auic. de animalib. lib. 4. cap. 2. char. 35. col. 2.

Musculi motus generantur ex plerisque neruis, sed cum pertranseunt musculos ex illis, & ligamentis generantur chorde, quarum extremitatis continuatur vt plurimum cum ossibus, & aliquando cum non ossibus, & aliquando cum membro moto nulla chorda median-te. Auic. de anima, par. 5. cap. 8. char. 28. col. 3.

Musica progreditur vsque ad discernendam cantilenam, sed an canendum, vel ne non considerat. Arrianus Epiet. lib. 1. cap. 1. char. 7.

Mundus est pulcherrimum quippe Dei opus. Thaletis problem. char. 234.

Mutabile quod non est, nec tempus præteritum, nec futurum sentit. Auic. suffic. lib. 2. cap. 11. char. 34. col. 1.

N



N ARES factæ sunt propter sternutationem, & expulsionem medullæ, & propter inspirationem, & non spirat per os. Auic. de animalib. lib. 1. ch. 29. col. 2.

Nasi ossa composita sunt ex duobus ossibus terminatis ad duos angulos in sursum, & ad duas bases sub, vt duo trianguli, & super ipsos est cartilago, & in medio est durior, & in fine mollior. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 12. ch. 49. col. 4.

Natura, & consilio, quæ geruntur, ordinem seruant, & ad finem certum referuntur, & causam habere oportet, cuius causæ alia sit causa, quousque ad eam peruentum fuerit, quæ non fit ex eorum numero, quæ oriuntur, sed ex se ipsas causam habeat, vt a causis mouibilibus, ad immobile ascendamus. Simplic. in Epiet. char. 132.

Natura, & intellectus non sufficiunt sine doctrina ad

acquirendam definitionem dantem sibi intellectum, & rationem facientem finem, & cum acquisierit doctrinam aliquando fallitur aliquo modo. Auic. log. par. 1. char. 2. col. 4.

Naturæ infinitæ sunt actiones in diuidendo, & operando in potentia, & effectu, ars vero non potest elicere quicquid est latens illam ad effectum. Auic. de anima, par. 3. cap. 4. char. 12. col. 2.

Natura intendit indiuiduum vagum, nõ signatum alioqui destructo indiuiduo signato destrueretur esse, & ordo eius. Auic. suffic. lib. 1. cap. 1. char. 13. col. 2.

Naturas communes, & generales omnes homines quasi eodem modo cognoscunt, sed differunt, quia quidam illorum sciunt specialia, & pertingunt ad illa, & perscrutantur diuisionem, alij perdurant in scientia generalium, alij sciunt animalitatem, alij humanitatem. Auic. suffic. lib. 1. cap. 1. char. 13. col. 3.

Natura vocatur omnis vis, ex qua venit actio non sponte, & fortasse sine cogitatione, & discretione. Auic. suffic. lib. 1. cap. 5. char. 16. col. 3.

Natura est qua corpora naturalia sunt naturalia. Auic. suffic. lib. 1. cap. 5. char. 16. col. 3.

Natura est primum principium motus rei in qua est, & quietis eius per se ipsam, non per accidens, quod intelligendum motus si contingit fieri, & quietis si fuerit, & primum principium, scilicet efficiens ex quo venit motus in alium a se, scilicet corpus mobile, & propinquum, vt inter illud, & mobile non sit medium rei in qua est dicitur ad differentiam a violento, & artificiali per se, quia semper mouet cum est in dispositione, nisi prohibeatur, & mouet per essentiam. Auic. suffic. lib. 1. cap. 5. char. 16. col. 4.

Natura non mouetur ab vno gradu animalitatis ad aliud gradum superiorem, nisi postquam perfecit quidquid est in gradu illo. Auic. de anima, par. 3. cap. 8. char. 17. col. 1.

Natura dicitur ad modum particularis, & ad modum vniuersalis, particularis est natura propria vnus cuiusque indiuidui, vniuersalis aut erit vniuersaliter considerata, vt species, vt erit vniuersalis absolute, & ambæ non habent esse in signatis indiuiduis, nec sunt essentia existentis, nisi in intellectu. Auic. suffic. lib. 1. cap. 7. char. 17. col. 4.

Natura posuit species sensibilibus, & vegetabilibus terminos in magnitudine, & paruitate quos non excedunt. Auic. suffic. lib. 2. cap. 3. char. 26. col. 2.

Natura est virtus, quæ est principium motus, & quietis, immo vniuersitatis eorum accidentium, quæ proueniunt ex materia corporali. Auic. metaph. tract. 1. cap. 4. char. 71. col. 4.

Naturæ illæ quæ non egent materia ad permanendum, vel incipiendum, si est impossibile est eam multiplicari, & species huiusmodi est vna numero, nec multiplicatur differentijs, nec materijs, nec accidentibus: differentijs nõ, propter sui specialitatem, materijs nõ, quia abstracta, & nuda: accidentibus nõ, quoniam accidentia, aut inseparabiliter comitantur naturam, & tunc non est multitudo, quæ est sub specie, aut sunt accessibilia non comitantia naturam, quorum accessio fit propter hoc quod pendent a materia: iudicium vero de hoc cum fuerit species est, vt esse eius sit vnum numero: natura enim generis non potest esse, nisi in speciebus, & deinde constituit essentiam specierum. Auic. metaph. tract. 5. cap. 2. char. 87. col. 3.

Naturæ finis essentialis est, vt quod generatur sit stabile, & cum hoc sit impossibile in vno indiuiduo designato: nam omne quod generatur corrumpitur, hoc facit in specie, & hæc intentio est causa perfectiua actionis vniuersalis, ideo necesse fuit vt sint indiuidua sine fine post indiuidua, ideo infinitas indiuiduorum est accidentalium. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. c. 94. c. 3.

Naturalia

Naturalia se habent aliquo modo ad naturam: nam quædam sunt subiecta illius, quædam sunt impressiones, & motus, & dispositiones, quæ emanant ex illa. Auic. suffic. lib. 1. cap. 1. char. 13. col. 2.

Naturale est quicquid est comparatum naturæ, & id est aut in quo est natura, aut quod est per naturam in quo est natura, id est quod formatur natura, aut cuius natura est, ut pars suæ formæ: quod est per naturam, id est impressiones, & motus, & quicquid est eiusdem generis cum illis, & quod habet naturam, id est quod habet in se hoc principium naturale, & hoc est corpus mobile ex sui natura, & quietum ex sui natura, & quod est ex natura est cuius esse est in actu, aut sua existentia in actu ex natura, siue sit esse primum, ut indiuidua naturalia, siue sit esse secundum, ut species naturales. Auic. suffic. lib. 1. cap. 7. char. 17. col. 3.

Naturaliter dicitur id, quod imitatur naturam quocunque modo, siue sit id, quod ab ea exigitur, ut indiuidua, & species substantiales, siue concomitantia illam, ut accidentia comitantia, aut subsequentia. Auic. suffic. lib. 1. cap. 2. char. 17. col. 3.

Naturales in suis probationibus, & in perfectione suæ doctrinæ debet retinere omnem comprehensionem materię, & formæ simul, & forma confert scientiam, quid sit ipsa res in actu, magis quam materia, & materia confert sibi scientiam potentię effendi in pluribus dispositionibus, & ex utriusque perficitur cognitio substantię rei. Auic. suffic. lib. 1. cap. 9. ch. 19. col. 1.

Naturalium virtutum confortatio sequuntur tria, temperantia complexionis spiritus, largitas reparandi loco eius, quod dissolutum est, & conseruatio spiritus a vi dissolutionis. Auic. de anima, parte 4. cap. 5. char. 21. colum. 3.

Naturalis scientię subiectum est corpus, ut est subiectum motui, & quieti. Auic. metaph. cap. 2. char. 70. col. 3.

Nauis sunt tutissimæ illæ quæ in naualia sunt reducta. Anacharsidis problem. char. 237.

Nauigantes in numero nec moriuorum, nec viuorum habendi. Anacharsidis problem. char. 237.

Nauigantes absunt a morte quatuor digitis. Anacharsidis problem. char. 237.

Nauis est domus erraticæ, vbilibet hospitium, numina Neptuni, anni cursum tabellarium. Alterc. Hadr. & Epiet. char. 233.

Nauta est amator pelagi, firmi defertor, contemptor vitæ, & mortis. Vnde cliens. Alter. Had. & Epiet. c. 233.

Neceffe esse per se non habet causam, & necesse est esse omnibus modis: nam si necesse esse haberet causam, sui esse, eius esse esset per illam, & quicquid est cuius esse est per aliquid cum consideratum fuerit per se nõ habet esse necessarium, quidquid autem consideratum per se sine alio non habet esse necessarium, non est necesse esse per se, vnde patet quod si quod necesse est esse per se haberet causam, non esset necessarium esse per se, igitur necesse esse non habet causam. Auic. metaph. tract. 1. cap. 7. char. 73. col. 1.

Neceffe esse idem per se, & per aliud impossibile est. Auic. metaph. tract. 1. cap. 7. char. 73. col. 2.

Necessitas duplex vna libertati voluntatis opposita, altera cum eadem coniuncta, externa libertatem tollit, interna libertatem confirmat. Simp. in Epiet. char. 18.

Necessaria fortiter aggredienda, & euentus anceps æquo ferendus animo. Simp. in Epiet. char. 41.

Ne facias ea quæ quandoque te possint afficere poenitentia. Pythag. aurea verba. char. 1979.

Ne feceris quæ te lædere possint. Pythagoræ aurea verba. char. 1979.

Ne fortunæ bona propter opportunitatem effundas, neque sis illiberalis, mediocritas enim in omnibus optima. Pythagoræ aurea verba. char. 1979.

Nemo te aut agendo, aut dicendo ad id inducat quod

tibi non sit melius. Pythag. aurea verba. char. 1979.

Nerui motus plures qui sunt in cerebro nascuntur a posteriore parte cerebri, quæ est durior, & eius durities est vtilior motui. Auic. de anima, parte 5. cap. 8. char. 28. colum. 3.

Nerui quidam faciunt ad sensum, & quidam ad motum. Auic. de animalib. lib. 1. char. 29. col. 3.

Neruus applicatur cordi per applicationem, & non nascitur a corde ut neruoso, sed a quadam substantia dura occulta in substantia cordis. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 1. char. 31. col. 3.

Nerui motus magis indigent duritie, quam nerui sensibiles. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 7. char. 47. col. 1.

Neruorum omnium si caput esset principium quantitas eius deberet esse maior, & tunc ponderaret supra corpus nimium. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 7. c. 47. c. 3.

Nerui facientes sensum oriuntur ab anteriore parte, quia est magis humida, motui a posteriore, quia est magis sicca. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 8. char. 47. col. 3.

Neruorum paria septem nascuntur a medulla, primum par a duabus anterioribus medullis ubi nascuntur duæ mamillæ olfactus, & supponuntur sibi in modum crucis, & procedunt ad oculos, & aperiuntur ut possint recipere humorem vitreum, & ut possit spiritus ire de vno oculo in alium, ideo si claudatur vnus oculus, vigoratur alius, & ut spiritus redeat in eadem distantia ne omne visum videatur duo, & etiam ut inter se confortentur in illa coniunctione, secundum par oritur post originem primi, & diuiditur in musculos oculi, & est multum grossum, & debile propter sui mollietatem, tertium par nascitur a medio eius medullæ, quæ est anterior, & eius quod est posterius sub basi cerebri, & miscetur cum quarto pari, & diuiditur ab illo per quatuor ramos, vnus exijt per foramen per quod intrat vena apoplectica, alius per foramen in ossibus temporum, & alius per foramen secundi paris; quartus transit per foramen quod est in mandibula superiori, par quartum nascitur post tertium, & est propinquius medullæ basis, & venit ad palatum, par quintum nascitur a duabus partibus medullæ, & vadit ad telam auricularum, & a medulla anteriore, & fit sensus auditus, par sextum oritur a posteriore cerebri, par septimum habet initium a termino communicante termino medullæ, & nuca, & spargit se ad musculos mouentes linguam. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 8. ch. 47. col. 3.

Neruorum principium dupliciter medulla est; nam quorundam est mediate principium, quorundam immediate. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 8. char. 47. col. 3.

Neruorum iuamentum aliud est per se, ut quod dat mediante sensu medullam, & motum ad omnia membra aliud per accidens est, quod nerui oriuntur a cerebro, & faciunt carnem nimis fortem, & faciunt membra insensibilia sentire, nerui principium sunt medullæ, & finis cutis. Auic. de animalib. lib. 12. c. 8. c. 47. c. 3.

Nerui qui procedunt a nuca sunt octo paria, vnum par a spondili primo, & spargitur in musculo capitis; secundum par est super inter spondilia primum, & secundum: tertium par oritur a spondili inter secundum, & tertium: par quartum est a foramine, quod est inter tertium, & quartum spondile: par quintum inter spondile, quartum, & quintum; par sextum, septimum, & octauum exeunt ex alijs foraminibus, secundum supradictum ordinem. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 8. char. 48. col. 1.

Nociuum est occasio in se, quæ per se ducit ad malum, & nocuum est intentio, quæ perducit de bono ad malum. Auic. metaph. tract. 1. cap. 3. char. 71. col. 2.

Nominis significatio est, ut sit illius intentionis, quæ est ex prima impositione, & eius significatio alia est principaliter, ut cum dicimus animal significare coniunctionem corporis habentis naturam sensibilibus, alia secundario,

dario, ut corpus significat intellectum animalitatis. Auic. log. par. 1. char. 5. col. 4.

Nomen substantiale, aut prædicatur in quid, aut non, quæ prædicantur in quid differunt in communitate, & in proprietate, & quæ sint communia sunt etiam eorum alia communiora, & hæc sunt genera, & minus communes sunt species, & hæc species, aut fit genus speciei, aut non. Auic. log. par. 1. char. 7. col. 2.

Nomen commune substantiale, aut significat esse, aut non, si significat esse, aut significat esse commune differentibus numero non specie, tunc membrum significans esse continebat genus, & speciem, quæ est statim post singularia, & excludit respectum speciei, secundum intentionem, quæ est in relatione generis secundum communiorum intentionem, & postea prædicatum de multis differentibus specie in quid diuiditur in id de quo aliquid non prædicatur, & est genus tantum, & in id de quo aliquid prædicatur, & est species, & potest intelligi de intentione communi, & erit species, quæ potest esse genus, & secundum intentionem propriam, ut sit species specialissima. Auic. log. par. 1. char. 7. col. 2.

Nomen incomplexum, aut significat vnum, aut multa, significans vnum est nomen singulari, significans multa, aut hæc differunt specie, aut numero, quæ significant multa differentia specie, aut prædicantur in quid, aut in quale quid, in quid genus, in quale quid differentia: accidentale vero est accidens commune, quæ differunt numero, aut prædicantur in quid, & est species, aut in quale quid, & est proprium, quæ diuisio, & si est vulgaris reprehendenda tamen est non comprehendens speciem secundum intentionem relationem, nec differentiam, ut est differentia. Auic. log. par. 1. char. 7. col. 3.

Notiones communes omnibus eadem sunt, & notio notioni non repugnat, sed oportet discere eas accommodare naturæ congruenter, & postea distinguere, alia esse in nostra potestate, alia non, in nostra potestate est voluntas, & omnes voluntariæ actiones, reliqua non sunt in nostra potestate, & bonum ei accommodare debemus, quod in nostra potestate est. Arr. Epiet. lib. 1. cap. 22. char. 83.

Nox est laboranti requies, grassanti lucrum. Altercat. Had. & Epiet. char. 233.

Nuca est, ut pars cerebri penetrans foramina spondilium ad hoc, ut id quod fit exterius non elongetur a membris, a qua nuca generantur nerui, & transmittuntur ad propinqua loca, quæ debent moueri per illos. Auic. de anima, par. 5. cap. 8. char. 28. col. 3.

Nuca non continuatur cum cerebro, quia medulla cerebri est frigida, spinalis medulla est calida, & non desiccatur quia accipit continue humiditatem a cerebro. Auic. de animalibus, libro 12. capit. 6. char. 46. colum. 3.

Numen est quod neque principium, nec finem habet. Thaletis problem. char. 235.

Numerus quaternarius in medio existens monadis non genitæ, & septemnarij numeri sine matre, gignentium, & genitorum potentias simul accipit hic enim solus intra decem, & gignit aliquem, & ab aliquo gignitur, bis duo quatuor facit, bis quatuor octo, prima solida demonstratio refertur monadi, lineæ binario, superficies ternario triangularis enim ex omnibus figuris, quæ rectis lineis constant principium est solidum quaternarii numeri principium est, prima enim Pyramis in quaternario numero conspicitur. Hieroc. char. 141.

Numeri quaternarii cognitio rerum opifices est maximum præceptorum a Pythagora discipulis traditorum. Hieroc. char. 143.

Numerus quaternarius multa in se continet; nam iudi-

cialis potentia quatuor sunt, intellectus, disciplina, opinio, sensus, omnia quæ existunt colligauit elementa, numeros, horas, anni, ætatum compagine. Hieroc. char. 142.

Numerus in singula specie rerum, quæ sunt existit, a Deo dependet, & primus numerus est apud illum, ab eo est apud nos, cuius finis est Decas: nam qui vltra numerare vult in idem reuertitur: decadis vis est quaternarius numerus, in ipso enim finitas quædam adiuncta est: nam secundum compositionem a monade ad quaternarium omnis coaceruatio decas fit: vnum enim, duo, tria, quatuor decadem complent. Hieroc. char. 140.

Numerus quaternarius est medietas numeralis, monades, & septemnarij æqualiter enim superatur, & superat ternario. Hieroc. char. 141.

Numeralis monas omnes numeri potentias in se continet, septemnarius tanquam sine matre, & virgo secundum dignitatem a monade habet, non enim ab aliquo numero gignitur. Hieroc. char. 141.

Numeri materiæ cognitio, ut est numerus non pertinet ad disciplinalem scientiam. Auic. log. parte 1. char. 2. colum. 2.

Numerum considerat metaphysicus, ut de eius essentia, & de eo quod accidit ei, ut non pendet ex materia, nec est innixus in ea. Auic. metaph. tract. 1. cap. 4. char. 72. col. 1.

Numerorum vnusquisque species est per se, & est vnus in se, in quantum ipse est ipsa species, & in quantum est species habet proprietates. Auic. metaph. tract. 3. cap. 5. char. 80. col. 2.

Numerus est proueniens ex aggregatione vnus, & vnus ita ut numerentur omnes vnitates. Auic. metaph. tract. 3. cap. 5. char. 80. col. 3.

Numerus definitur debet per aliquam ex suis proprietatibus sine consideratione compositionis eorum, ex quibus compositus est, & tunc illa erit eius descriptio non definitio substantialis, vel per considerationem compositionis eorum, ex quibus compositus est. Auic. metaph. tract. 3. cap. 5. char. 80. col. 3.

Numerus habet esse in rebus, & in anima. Auic. metaph. tract. 3. cap. 5. char. 80. col. 2.

Nut imentum est corpus, quod solet assimilari naturæ corporis, cuius dicitur esse nutrimentum, & restaurat quantum ei resolutum est de illo, aut plus, aut minus. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 4. col. 4.

Nutrimetum non semper permutatur in naturam nutriti subito, sed primo permutatur aliquantulum a sua qualitate, & aptatur permutationi in substantia nutritiendi, in qua operatur virtus digestiua, & nutritiua. Auic. de anima, par. 2. cap. 1. char. 6. col. 1.

Nutrimetum non solum restituit, quod solutum est, sed etiam auget, & aucto animali restituit id, quod solutum est, & destructa hac virtute animalia non erunt amplius viua. Auic. de anima, par. 2. cap. 1. char. 6. colum. 1.

Nutrimetum hominis noscunt ea quæ habent esse naturale sine artificio, nec ex illis est eius vita bona, sed & ad victum, & ad vestitum illa præparare oportet. Auic. de anima, par. 5. cap. 1. char. 22. col. 2.

Nutrimetum non est in quo non sit aliquid sicci, aqua dat viam penetrationi nutrimenti. Auic. de animalib. lib. 1. char. 29. col. 2.

Nutritiua virtus restaurat, quod solutum est, & assimilatur, & vnit. Auic. de anima, par. 2. cap. 1. char. 6. col. 1.

Nutritiua virtus est, quæ deducit nutrimentum primo in sanguinem, & humores, quibus constituitur corpus, & omne membrum habet in se virtutem propriam nutritiuam, quæ est in eo quæ permutat nutrimentum in similitudinem eius propriam, & vnit ei. Auic. de anima, par. 2. cap. 1. char. 6. col. 1.

Nutritiva virtus dat nutrimentum unicuique membro secundum eius magnitudinem, & vnit nutrimentum secundum menturam, quam habet æqualiter. Auic. de anima, par. 2. cap. 1. char. 6. col. 2.



O C V L I pupilla potest esse de ijs quæ in nocte lucet, & illuminant, & iactant radios super ea quod est illis oppositum, vt leonis, & serpentis, & ideo multa animalia vident in tenebris, quæ ex oculis exit lux. Auic. de anima, par. 3. cap. 7. ch. 15. col. 3.

Oculorum glaucedo accidit, aut propter naturam tunicarum propter naturam humiditatum, & causa in humiditatibus est, quoniam si fuerint claræ, & prope extra, & erit crystallinus multæ quætitatis, & albuginis modicum erit oculus glaucus, nisi aliquid contrarium acciderit à tunica, & si humiditatis fuerint obscuræ, & crystallinus paucus, & albuginis multum, ita quod faciat obscuritatem, aut crystallinus profundus, erit oculus niger, & cum in tunicis est iniuncta, & tunc illa sit nigra, oculus erit niger, & si vara, vel glauca, oculus erit varus, vel glaucus. Auic. de animalib. lib. 19. cap. 1. char. 63. col. 3.

Oculus niger propter causam albuginei humoris vetat transitum colorum, quoniam vetat translucentiam, & impressiones, & similiter, qui erit propter obscuritatem humiditatis abundantis, & si erit oculus glaucus propter paucitatem humiditatis albugineæ, videbit plus in nocte, quam in die. Auic. de animalib. lib. 19. cap. 1. char. 63. col. 4.

Oculos glaucos habent infirmi, & senes: quia multiplicatur humiditas extranea, & dissoluitur naturalis. Auic. de animalib. lib. 19. cap. 1. char. 63. col. 4.

Oculi profundi sunt paræ speculationis illius, quod remotum est ab illo, sed causa discretionis est claritas humiditatis, & sua subtilitas. Auic. de animalib. lib. 19. cap. 1. char. 64. col. 1.

Odores non habent nomen, nisi duobus modis: primo vt placent, & non placent, alio vt denominantur secundum similitudinem ad saporem, vt odor dulcis, & acidus. Auic. de anima, par. 2. cap. 5. char. 8. col. 4.

Odor possibile est vt fit vapor, & possibile est vt vapor permuetur propter odoriferum, & fiat odor, & fiat idem quod vapor, quia quidquid habet partes subtiles, & solet diffundi cum attigerit instrumentum odorandi, & offenderit in illo, siue fuerit vapor, siue aer permutatur in odorem, & per ipsum sentitur odor. Auic. de anima, par. 2. cap. 5. char. 9. col. 1.

Ollæ vestigium in cinere confunde. Pythagoræ symbola. char. 1979.

Ollæ vestigium in cinere confunde, idest post inimicitias nullum iræ vestigium nos seruare debere, vel non conseruandum cor plenum curis, & sollicitudinibus. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 132.

Oleo sedem ne abstergas. Pythag. symb. char. 1979.

Olfactus est vis ordinata in duabus carunculis anterioris partis cerebri similibus mamillarum capitibus ad apprehendendum id, quod offert ei aer attractus de odore, qui est impermixtus cum aere, aut de odore impresso in illo ex permutatione quæ fit ex corpore odorifero. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 5. col. 1.

Olfactus non apprehendit magnitudinem, nec figuram, nec motus, & quietes, sed numerum. Auic. de anima, par. 3. cap. 8. char. 17. col. 2.

Olfactus fit à duabus carunculis, quæ sunt in prima par-

te cerebri similibus mamillarum capitibus. Auic. de anima, par. 5. cap. 8. char. 28. col. 2.

Officia omnia in vniuersum mutuis affectionibus sunt metienda, pater est, & si malus curam eius agendum cedendum ei in omnibus, si conuicietur, si verberetur, ferendum, non enim cum bono patre, sed cum patre conuictus es, & sic de omnibus officium consideres. Epictet. char. 129.

Omnia vnde oriuntur ab vno, & in idem resoluuntur. Musei problem. char. 255.

Opinio hominis est mensura omnium actionum, si bona crimine caret, si mala ipsa poenam sustinet. Arr. Epict. lib. 1. cap. 28. char. 102.

Optimum est ea quæ ad sunt boni consulere. Pittaci problem. char. 236.

Optimum, & pessimum est verbum. Altercat. Hadria. & Epictet. char. 232.

Opulentia est vsura ad breue tempus a fortuna concessa. Epict. sent. char. 219.

Opus quodlibet, quod aggressurus es, id tibi subijcitur, cuiusmodi sit, vt si quid animo acciderit illud non sit nouum, & si res necessaria non est eam ne suscipere debes. Epict. char. 41.

Oratio petenda est è rebus, & factis, non res & facta è verbis, neque enim verborum causa res geruntur, sed propter res verba fiunt. Missonis Chenei problem. char. 237.

Oratori recte dicenti si gratulari videaris facilitatis est, & benignitatis. Simpl. in Epict. char. 186.

Orationis finis actio est, & omnis oratio si facta desint, vana, & inanis est. Simp. in Epict. char. 210.

Orationes profunt hominibus, & sacrificia, & Letaniæ pro pluuia, & huiusmodi. Auic. metaph. tract. 10. cap. 1. char. 108. col. 2.

Officia, quæ sunt ad defendendum, aut sustentandum, non sunt concaua, quia non habent opus ad motum, quæ sunt ad motum sunt concaua. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 9. char. 48. col. 3.

Ofla leonum sunt dura, & non habent foramen, & cum colliduntur emittunt ignem. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 9. char. 48. col. 3.

Oriofum, aut superfluum, nihil est in natura. Auic. de anima, par. 5. cap. 4. col. 4.

Oues si sunt bonæ vsque ad annos vndecim luxuriant, sed omnes vsque ad octo, & porcus ad septem annos. Auic. de animalib. lib. 5. cap. 2. char. 34. col. 3.

Oues in terra Annubiæ nigrorum pariunt agnum cornutum. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 2. char. 37. col. 4.

Oua magis custodiunt foemina, quam masculi, & pulli ex ouis in æstate veniunt in complementum in decem octo diebus, & in hyeme frigida in septuaginta quinque. Auic. de animalib. lib. 6. cap. 1. char. 34. col. 4.

Oua foemina habent vtrumque caput acutum, & mascula, quæ habent rotunditatem: & si ponantur in loco calido, per se nascuntur. Auic. de animalib. lib. 6. cap. 1. char. 34. col. 4.

Oua venti sunt minoræ, & minoris delectationis. Auic. de animalib. lib. 6. cap. 1. char. 34. col. 4.

Oua omnia acutam habent testam, & membranam, albumen, & vitellum. Auic. de animalib. lib. 6. cap. 1. char. 34. col. 4.

Oua tot sunt in piscibus, quod si venirent ad vitam nimis multiplicarentur. Auic. de animalibus, lib. 6. cap. 2. char. 37. col. 4.

Oua venti, si ipsas superuenit masculi luxuria, accipiunt virtutem generatiuam. Auic. de animalib. lib. 10. cap. 1. char. 44. col. 3.

Oua venti fiunt cum foemina non habet masculum, & si non habet, & sint iam bona, & illi deest modus luxuriandi, redeunt oua venti. Auic. de animalib. lib. 17. cap. 1. char. 62. col. 3.

Oui

Oui albumen, & calidum, vt est calor acrius, & aliquantulum aquosum, & vitellum, & vt calor corporum terrestrium, ideo albumen, & materia animalis, vitellum est nutrimentum. Auic. de animalib. lib. 17. cap. 1. char. 62. col. 3.

P



P A N I S non frangendus, idest vita hominis non fit consumanda, alij cõcordiam conseruandam esse aiunt: nã vt ex pane victus humanus constat, sic ex concordia, amicitia, & pax. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symb. char. 122.

Panẽ Macedones sumebãt, & gladio diuisum vterq; libabat in signum pignoris sanctissimi coeuntium, ideo Alexander Macedo Roxanis captus amore cum eam vxorem duceret panem afferri iussit. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 124.

Parasiti qui sunt, qui tanquam pisces adescantur. Alter. H. id. & Epict. char. 233.

Parentes, & propinquos honora. Pythagoræ aurea verba. char. 1978.

Parentum vetus honor erit, quem intentio ad virtutem tradit, nec parere debemus laboribus, ac periculis, immo hæc omnia parentibus libentes subijcere, & subministrare, & nihil relinquere decet ob nostras necessitates, quod ad illorum curam pertineat, tantoque id magis decorum, & magis honestum fiet, quanto laboriosius erit, & seruire, nec impensis parcere, sed gaudere, & lætari in laboribus, & impensis, quas illis erogamus, & qui hæc facit læte legem virtutis seruat, & naturæ charitatem reddit. Hieroc. char. 41.

Parentibus corpora curare prompte debemus, & libenter pecunias suppeditare. Hieroc. char. 100.

Parere debet cito mulier cum dolor incipit inferius. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 5. char. 44. col. 2.

Paria inferis, imparia superis sacrificato, notat primum mentem superis, secundum inferis sacrum esse. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 146.

Partus mulierum est grauior quam aliorum animalium, & retentio anhelitus iuuat partum, & anhelitus impedit, & vmbilicus debet nodificari, ne foras exeat, sanguis, & anima: sed postquam coagulatur sanguis supra secundinam quasi in speciem vermis, non nocet solutio illius nodi. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 5. char. 44. col. 2.

Passio non fit, vt patiens abstrahat virtutem agentis, aut qualitatem eius, sed vt recipiat ab eo consimile eius, sed alterius generis quam sit illa. Auic. de anima, par. 3. cap. 7. char. 19. col. 2.

Pater si improbus est filij in patrem affectionem nõ soluit voluntas, est enim naturalis, non voluntaria. Simplic. in Epict. char. 132.

Pater si malus est ei officia quæ patri debentur, præstanda sunt, omnibus enim modis obseruandus, & curandus est, eorum mandata alacriter exequenda sunt, ijs exceptis, quæ animi vitia prouocant, hæc enim citra eorum offensam, quãtum fieri potest, recusanda sunt, vt quæ patri animorum displiceant, cedendum in reliquis omnibus est, & in rebus externis, & in corpore. Simp. in Epict. char. 133.

Patria potestas apud Romanos ea erat, vt & filios vendere, & occidere liceret. Simpl. in Epict. char. 133.

Pauo viuunt viginti quinque annos, & ponit oua postquã fuerit annorum trium, & complentur sui colores, & ponit vno anno duodecim oua successiue, & cubat ea

triginta diebus, sed melius a gallinis cubantur, quia pauo ea frangit volens luxuriari cum pauona, & gallina cubat duo oua pauonum, & ea nutrit. Auic. de animalib. lib. 6. cap. 1. char. 35. col. 3.

Paupertas non parit dolorem, sed cupiditas, neque diuitiæ a metu liberant, sed ratio. Epict. sentent. char. 220.

Pauper felix ætatem exigit, rarissime vero id accidit in diuitijs, & magistratibus. Epict. sent. char. 227.

Pax est tranquilla libertas. Alter. Had. & Epict. ch. 233.

Peccatum qui facit, facit id quod non vult, ideo si pugna ostendetur peccare desister, sed si non ostenderit te ipsum accusato. Arr. Epict. lib. 2. cap. 26. char. 234.

Peccata existunt, aut ratione, quod fieri debeat non distante, ob prudentiæ penuriam, aut eam quidem quãuis languidè, tamen perspiciente quid factò sit opus, sed brutis appetitionibus ob neglectam institutionem, tyrannice aduersus languidum iudicium rationis insurguntibus. Simp. in Epict. char. 30.

Pecuniam in tempore cumula, & cum res postulat, erogare discito. Pythag. aurea verba. char. 1979.

Pedem dexterum præmitte in calceos, in lauacrum vero sinistrum. Pythag. symb. char. 1979.

Pedem dexterum prius induendum, sinistrum vero prius lauandum, idest ad bona opera, & ciuiles actiones incitemur, quæ ad calceatos pedes referuntur, ad mollitia, & luxui pertinentia, quæ balneis significantur pingriores esse debere. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. ch. 1714.

Pœnitentia fit non dictis, sed factis cum lætos a nobis iniuria, & cõtumelia, ludibrio placamus, vel ipsos, vel eorum posteros, cum odimus iniuriam, cum iniustos auersari, eorum consuetudinem, qui iustitiã venerantur expetendo nos ipsos castigamus, donec plane repurgemur, & pœnitentiæ euidentis argumētum est eadem non committere, nec minora illis, quæ vera pœnitentia virtus amplecti debet. Simp. in Epict. ch. 165.

Perdicit foemina imprægnatur ex vëto flante a parte iuravit, & auditus sonitus eius, & catula perdidit extrahit linguas suas ad commiscendum se tempore coitus. Auic. de animalib. lib. 5. cap. 1. char. 34. col. 1.

Pericula, & rerum difficultates virum monstrant. Arr. Epict. lib. 1. cap. 24. char. 86.

Perurium non deterius adulterio est. Thal. prob. c. 236.

Perurij mater est vitium, & malitia, quæ infirmitate morum iusurandum supprimit, & calcat. Hieroc. ch. 29.

Per viam publicam ne vadas interpretatur nos sequi nõ debere multorum, & vulgi errores, vel ne in gentium viam abieritis. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola. char. 97.

Percussio fit cum duo corpora sibi inuicem occurrunt, aut vnum stet, & aliud occurrit, & maiorem partem habet illud corpus quod durius est, secundus motus est cessio aeris, aut fuga, & eius inter illa constrictio. Auic. de anima, par. 2. cap. 6. char. 9. col. 4.

Perfectio duplex prima, & secunda, prima est propter quam species fit species in effectu, secunda est aliquid ex eis, quæ consequuntur speciem rei, aut ex actionibus eius, aut ex passionibus eius. Auic. de anima, par. 1. cap. 1. char. 1. col. 4.

Perfectio, totum, & vniuersum penè sunt cognata in significatione. Auic. metaph. tract. 4. capit. 3. char. 86. col. 2.

Perfectio causati inferior est perfectione causæ agentis. Auic. metaph. tract. 9. cap. 2. char. 103. col. 1.

Perfectionis omnis adeptio respectu recipientis est bonum, respectu agentis non est liberalitas, nisi fuerit non per retributionem. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. char. 95. col. 2.

Philosophum esse apud nusquam profitearis, nec apud imperitos multum disputes de præceptis, ostentatio vndeunque est tollenda, si aliquid dixerit te nihil scire, & non commotus fueris scito rem incertam esse: nam

nam & oues non fenum ferunt opilionibus, sed pasta intra se concocto foris ferunt lanam, & lac, & tu non verba, sed opera ostendis. Epiet. char. 204.
Philosophi status est omnem vtilitatem a se ipso expectare. Epiet. char. 207.
Philosophi est homines vitiosos monere, vt Medici ægros. Epiet. sent. char. 228.
Philosophi nerui sunt appetitus, frustrationis expers, auertatio casibus non obnoxia, affectio conueniens, propositum accuratum, assensio considerata. Arrian. Epiet. lib. 2. cap. 8. char. 146.
Philosophia nihil maius Deorum immortalium munere datum est. Simp. in Epiet. char. 94.
Philosophus in Republica locum hunc tenere debet, vt sit quidam opifex fidelium, & moratorum ciuium. Simp. in Epiet. char. 103.
Philosophiæ ciuilis duæ sunt species, altera moralis, altera sacrarum rerum illa per virtutem nos stultitia purgat, hæc per sacra mysteria terrenas cogitationes detruat. Hieroc. char. 187.
Philosophiæ practicæ finis non est, vt sciat tantum, sed vt sciat quid debet agere, & agat, vnde est cognitio sententiæ, quæ est in opere, vnde indignior est speculatiua. Auic. log. par. 1. char. 2. col. 1.
Philosophiæ intentio est comprehendere veritatem omnium rerum, quantum possibile est homini comprehendere. Auic. log. par. 1. char. 2. col. 1.
Philosophiæ speculatiuæ finis non est, nisi perfectio anime, vt sciat tantum, & versatur circa res quæ habent esse non ex nostro arbitrio, vel opere, ergo est apprehensio sententiæ, quæ non est opus, vnde dignior actiua. char. 2. col. 1.
Philosophiæ speculatiuæ finis est agnitio veritatis. Auic. log. par. 1. char. 2. col. 2.
Philosophiæ practicæ veritas probatur testimonio legis diuinæ, & eius finis est cognitio bonitatis. Auic. log. par. 1. char. 2. col. 2.
Philosophia practica spectat, vel ad scientiam scientiarum, per quas ordinatur consortium humanum commune, & vocatur scientia ciuilis, aut per quas ordinatur consortium humanum familiare, & vocatur scientia domesticæ, aut per quas ordinatur modus vnus hominis secundum honestatem anime ipsius, & vocatur scientia moralis. Auic. log. par. 1. char. 2. col. 2.
Philosophia speculatiua comprehendit tres partes, naturalis, doctrinalis, & diuina, & naturalium subiectum est corpora, vt mouentur, & quiescunt, & inquiruntur ipsorum accidentia, doctrinalium quantitas puræ, vel quod habet quantitatem diuinæ res a materia separatæ secundum essentiam, & definitionem. Auic. metaph. tract. 1. cap. 1. char. 70. col. 1.
Philosophia alia actiua, alia speculatiua, & speculatiua est illa in qua queritur perfici virtus anime speculatiuæ per acquisitionem intelligentiæ, & effectum, scilicet per adeptionem scientiæ imaginatiuæ, & creditiua de rebus quæ non sunt nostra opera, nec nostræ dispositionis, & in his est finis certitudo scientiæ, & opinionis: actiua sunt in quibus queritur perfici anima de rebus quæ sunt nostra opera. Auic. metaph. tract. 1. cap. 1. char. 70. col. 1.
Pictura est veritas falsa: nam poma picta, aurum, videmus, & non est verum. Alter. Had. & Epiet. char. 231.
Pili qui nascuntur in naribus significant hominem esse mediocrem, & habere bonum auditum. Auic. de animalib. lib. 1. char. 29. col. 4.
Pili animalis complexionem calidi, crispum sunt. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 2. char. 31. col. 4.
Pili cani sunt propter caloris superfluitatem, & aliquando accidit capillus canus in infirmitate, & in conualescentia, postea reuertitur naturalis coloris. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 2. char. 31. col. 4.

Pili quidam de proprietate hominis nascuntur in eo posterius, vt pectinis, & ascellarum, & post fit caluities in anteriori parte capitis, quia medulla non applicatur fortiter ossi, quia illa pars medullæ anterior est subtilior, vt citius acciperet impressiones: & mulieres, quia sunt multum humidæ non sunt caluæ, & castrati, quia sunt frigidi, & non dissoluitur in illis humiditas per calorem. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 2. char. 31. col. 4.
Piramis est cum triangulus recti anguli mouetur super latus continens rectum angulum extremitate, cuius lateris seruante centrum circuli, & extremitate secundi lateris designante circumferentiam circuli. Auic. metaph. tract. 3. cap. 9. char. 82. col. 3.
Pisces non respirant, nec habent pulmones, & accipiunt per brancos. Auic. de animalib. lib. 2. cap. 1. ch. 30. c. 3.
Piscis nullus habet testiculos, nec omne quod non habet pedes. Auic. de animalib. lib. 2. cap. 1. char. 31. col. 1.
Pisces gustant, & ideo appetunt quedam cibaria, & quedam renuunt, & nisi audirent non fugerent propter sonitum, & nisi olfacerent non venirent ad rete propter lac, & alias res in rete olfactibiles. Auic. de animalib. lib. 4. cap. 2. char. 33. col. 2.
Pisces qui morantur in pelago habent carnes suas magis molles, & qui morantur in loco, vbi tanguntur a vento, & frigore magis duras. Auic. de animalib. lib. 5. cap. 2. char. 34. col. 3.
Pisces, qui sunt in ripa, habent carnes saporosiores, & saniores, quia sunt ibi meliora pasqua. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 2. char. 37. col. 1.
Pisces augmentantur anno pluuioso in hyeme, & æstate: quia tempore pluuiæ aqua maris fit dulcis, & pisces iuuantur a pluuiâ. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 2. char. 37. col. 2.
Pisces non patiuntur epidemiam, vt animalia, quæ sunt super terram, sed quando ascendit stella Ascoalabon, quæ est in Cancro patiuntur, & tonitruum nocet piscibus. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 2. char. 37. col. 3.
Pisces quidam mutant suos colores, secundum colores loci habitationum quousque assimilantur ei, & videtur vt lapis. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 5. c. 39. col. 3.
Pisces omnes habent multa oua, & sunt citrina, quia non sunt completa, & non complentur nisi extra, & masculus rigat illa quadam humiditate, cum qua completur generatio in eis; excepta ranâ, quæ ouat vnum ouum solum. Auic. de animalib. lib. 17. capit. 1. char. 62. col. 1.
Pisces, & coruos luxuriari per os falsum est, nam quod irrorat per os corrumpitur in stomacho. Auic. de animalib. lib. 17. cap. 1. char. 62. col. 3.
à Piscibus abstinet, quia non lædunt hominem, ideo impium est piscem lædere, & non ad saturitatem eduntur, sed ad luxum. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola. char. 110.
Pisces primi inter cætera animalia creati sunt, ideo ignobilissima, vt homines vltimi creati nobilissimi. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 111.
Plusquam perfectum est id cui est esse, quod debet habere, & ab eo exuperat esse ad cæteras. Auic. metaph. tract. 2. cap. 3. char. 86. col. 2.
Pœna spectat ad malorum correctionem: nam dare pœnam vtilius est, quam non puniri. Hieroc. char. 76.
Pœna si non esset in vitijs non esset quoque meritum, neque beneficiorum laus. Hieroc. char. 82.
Populo inuisi esse solent, qui consuetam vitæ rationem negligere videntur. Simp. in Epiet. char. 184.
Possibile esse non habet esse, nisi cum necessarium est respectu suæ causæ. Auic. metaphysic. tract. 1. cap. 7. char. 73. col. 2.
Possibile est veritas per aliud a se, & est falsitas in se ipso, quidquid est præter necesse esse, quod est vnum falsum

sum est in se. Auic. metaph. tract. 1. cap. 9. ch. 74. col. 1.
Potentia triplex secundum prius, & posterius vna aptitudo absoluta, a qua non exiit aliquid ad hoc in effectu, nec habetur aliquid propter quod exeat, vt infantis potentia ad scribendum, alio modo aptitudo quando non habet res, nisi id propter quod est possibile eam peruenire ad effectum sine medio, vt potentia infantis ad scribendum cum fuerit adultus, tertio aptitudo cum perfecta fuerint instrumenta, vt scriptoris: prima appellatur absoluta materialis, secunda potentia facilis, vel possibilis, tertia est perfectio. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 5. col. 3.
Potentia differt ab aptitudine, quia potentia est super contraria æqualiter, aptitudo non est super contraria æqualiter: nam omnis homo potest gaudere, & tristari. Auic. de anima, par. 4. cap. 5. char. 21. col. 1.
Potentia ante motum est duplex vna iam in illo, & altera perueniendi ad illud. Auic. suffic. lib. 2. cap. 1. char. 23. col. 2.
Potentia dicitur multis modis, primo vt actiones validas animalium, appellatur potentias, deinde cum animal potest facere quod vult, & non facere quod non vult, & cum non patitur nisi paucum, & quæ nullo modo patitur, & fortitudinem appellatur potentiam, postea appellatur potentiam omnem dispositionem, quæ est in aliquo principium variationis ab illo in aliud, quamuis non sit ibi voluntas, ita vt calorem vocauerunt potentiam, deinde possibilitatem dixerunt esse potentiam, deinde perfectionem huius potentie vocauerunt actum, quamuis non sit actus, sed passio, aliquando vocatur bonitas, & vehementia istorum geometriæ cum inuenerunt aliquam lineam esse latus quadrati vnus, & aliquando est quæ non potest esse latus illius quadrati, posuerunt illud quadratum potentiam illius lineæ. Auic. metaphysic. tract. 4. cap. 2. char. 84. col. 4.
Potentia, quæ est principium motuum, & actionum, quædam est comes rationalitatis, & imaginationis, quædam non, quæ est comes quasi sit eiusdem generis cum illis. Auic. metaph. tract. 4. cap. 2. char. 84. col. 4.
Potentia passiuæ cum obuiat actiua, vt passio perueniat in his rebus, est potentia perfecta. Auic. metaphysic. tract. 4. cap. 2. char. 85. col. 1.
Potentia passiuæ aliquando est perfecta, aliquando imperfecta, & aliquando propinqua, aliquando remota. Auic. metaph. tract. 4. cap. 2. char. 85. col. 1.
Potentiarum quædam perueniunt natura, quædam consuetudine, quædam artificio, quædam casu: differt quod prouenit ex artificio ab eo quod prouenit consuetudine, quia quod prouenit ex artificio indiget instrumentis, quod ex consuetudine non eget instrumentis. Auic. metaph. tract. 4. cap. 2. char. 85. col. 1.
Potentiam essendi vocamus possibilitatem essendi, & quod sustinet potentiam essendi vocamus subiectum, hyle, materiam. Auic. metaphysic. tract. 4. cap. 2. char. 85. col. 4.
Potentia absolute est prior effectu, & est prior eo, nisi in solo tempore. Auic. metaph. tract. 4. cap. 2. ch. 85. c. 4.
Potentia effectus prior est dignitate, & perfectione. Auic. metaph. tract. 4. cap. 2. char. 86. col. 1.
Potenti quid agendum adhibenda clementia, vt cum homines magis reuerentur, quam formidine. Chilonis problem. char. 236.
Potestas iuxta necessitatem habitat. Pythagoræ aurea verba. char. 1978.
Prædicatio fit duobus modis, aut vniuoce, vt Socrates est homo, vniuoce enim homo prædicatur de Socrate, aut denominatiue, vt albedo: de homine dicitur enim homo albus, id est habet albedinem, nec dicitur quod homo sit albedo. Auic. log. par. 1. char. 3. col. 4.
Prædicatum aut est de multis, aut de vno, de pluribus

quinque voces, de vno indiuidua. Auic. log. par. 1. char. 6. col. 2.
Prædicari de multis non accidit omni, vt genus nisi aliquo respectu, vt animali accidit generalitas aliquo respectu, scilicet respectu communis, non enim negamus quin intentio minus communis prædicatur de magis communi, sed non de omni: si autem genus prædicatur de prædicato de multis, vt prædicatum de multis prædicatur de genere esset impossibile. Auic. log. par. 1. char. 6. col. 3.
Prædicari in quid differt a prædicari quasi in quid, vt differt esse, & hoc quod dicimus contineri in esse: prædicabile quasi in quid est omne id quod continetur in intentione facta de esse, & illud solum non significat esse: prædicabile in quid est illud solum quod respondetur ad quid: genus semper significat in quid, differentia vero continetur in esse, & quasi in quid, quoniam est pars eius quod respondetur aliquid, sed in quibusdam non in alijs. Auic. log. par. 2. ch. 10. col. 2.
Prædicabile aliud constituit quidditatem subiecti, aliud comitatur eius quidditatem, & non constituit illam, quia non est necesse, & omnis intentio nimis communis quæ non continetur sub intentione communiore, differt per conuenientibus secum in illa per differentiam, quæ intelligitur esse intentio diuersitatis suæ essentia, & suæ quidditati. Auic. metaph. tract. 5. cap. 6. char. 90. col. 2.
Principium custodia optima si benevolentia non armatur. Periandri problem. char. 237.
Principium, & finis omnium rerum est id quod ab omnibus appetitur, & ad quod omnia referuntur, & id bonum est. Simp. in Epiet. char. 9.
Principium ad vnum reducuntur omnia cum inter se differant, suisque differentijs compleantur, vt pulchra omnia, siue sint in corporibus, siue in animis, ad vnum reducuntur pulchritudinis fontem. Simplic. in Epiet. char. 9.
Principium primum quæ immediate producit, quia cum eo coheret, a bonitate non recesserunt, cum immobilia, & immutabilia sint, in eadem semper beatitudine collocata, non indiga boni sunt, sed semper per se sunt bonitates: cætera cum ab eo distent, participatione habent bonum, sed extrema, id est corpora, vt essentiam, & motum aliunde habent, quia diuisionem admittunt instabilia sunt, at animi qui & se ipsos, & mouent, & corpora mouent, bonum appetunt. Simplic. in Epiet. char. 10.
Principia duo omnium rerum, qui dixerunt, bonum scilicet & malum, omnino negant Deum, quem ipsi bonum appellant, nec & omnipotentem celebrant, nec summam ei potentiam tribuunt, nec eum qui fons est bonitatis, & lucis dicitur, bonitatem, & lucem impartiri omnibus credunt, plura enim probra ipsorum orationem consequuntur. Simp. in Epiet. char. 110.
Principia simplicia esse oportet: nam composita ex simplicibus constant. Simp. in Epiet. char. 150.
Principium primum est affirmationem, vel negationem verum esse, & inter ipsa non esse medium. Auic. metaph. tract. 1. cap. 9. char. 74. col. 2.
Principium materiale habet omne quod incipit esse, & potest non esse. Auic. metaph. tract. 4. cap. 2. ch. 85. c. 3.
Principium eorum, quæ sunt a causa prima vnu numero est, & eius essentia, & quidditas est vnitas non in materia, vnde nihil corporum, vel formarum, quæ sunt perfectiones corporum, est causatum eius propinquum, quia primum causatum est intelligentia pura, quæ est forma non in materia, & ipsa est prima intelligentiarum separatarum, & videtur ipsa esse principium mouens corpus vltimum per viam desiderij. Auic. metaph. tract. 9. cap. 4. char. 104. col. 3.
Prædicatio est aberratio, & frustratio formæ, vt claudicatio

rio incessus. Simplic. in Epictet. char. 116.
 Priuatio vt priuatio non habet opus, vt sit ibi perfectio, aut permutatio. Auic. iustic. lib. 1. cap. 2. char. 14. col. 4.
 Priuatio est rei designatæ priuatio in re designata, in qua est illa in potentia, ergo habet priuatio aliquidem modum generationis accidentaliter, & corruptionis accidentaliter, & sit priuatio cum forma separatur a materia, & eius corruptio est cum recipitur forma in materia. Auic. suffic. lib. 1. cap. 3. char. 15. col. 4.
 Priuatio multis modis dicitur, quod debet esse in aliquo & non est in eo, non quod non sit illius modi, vt sit in eo, quæ sit illius naturæ, vt sit in aliquo, & cuius natura est esse in genere alicuius rei, nec est in ipsa re, quia non est illius modi, vt sit in ea, siue sit genus proximum, siue longinquum, & cuius natura est esse rei non absolute, sed in ipsa hora, quæ præterijt, & amissit per violentiam, & quod res amissit integritatem suam, & prædicatur de priuatione negatio, non est conuerso. Auic. metaph. tract. 7. cap. 1. char. 95. col. 3.
 Priuatio aliquando est in materia, aliquando est comes essentia, quæ facit esse priuationem alterius essentia in materia, & non est similiter cum priuatione, & hæc sint contraria quorum oppositionis causa non est a lietas generum, sed quod essentia eorum ipsa distinctione sui, & distinctione suarum differentiarum repugnet coniungi, & deservunt se. Auic. metaphysic. tract. 7. cap. 1. char. 95. col. 3.
 Priuatio vt priuatio non desideratur, nisi in quantum eam sequitur esse, & perfectio. Auic. metaphysic. tract. 8. cap. 6. char. 100. col. 1.
 Priuationem quidquid aliquo modo pati potest, non est omnibus modis expers malitiæ, & imperfectionis. Auic. metaph. tract. 8. cap. 6. char. 100. col. 1.
 Prius, & posterius conueniunt in vno secundum ambiguitate, scilicet quod priori, vt prius aliquid est quod non est posterius, sed nihil habet posterius, quod non habeat prius. Auic. metaph. tract. 4. cap. 1. char. 84. c. 1.
 Propositiones cum conceduntur firmæ esse debent vsque ad finem disputationis, sed si non fuerint ratæ vsque ad extremum non sunt concessionis habendæ ratæ, non enim tam peccat qui ea retractat, quam qui Capitolium euertisset. Arr. Epict. lib. 1. cap. 7. ch. 34.
 Propositiones quia efficiunt conclusionem, allimantur causæ efficienti, & conclusio, vt conclusio est res præter ipsas propositiones. Auic. suffic. lib. 1. cap. 10. char. 19. colum. 2.
 Propositiones per se notæ necessariæ sunt in probatione certissima. Auic. de cælo, & mundo, capit. 16. char. 42. colum. 2.
 Propria quæ aptantur, & consequuntur formas, & quæ habent species omnes, & semper non suscipiunt magis, & minus, at quæ consequuntur materias plurium recipiunt magis, & minus. Auic. log. par. 2. ch. 10. c. 4.
 Proprietatum quædam est possibile negare actu, & quædam est possibile negare in intellectu ab re, & quædam impossibile est negare esse aliquo modo cum sit accidentis, & quædam impossibile est negare cum sit substantiale. Auic. log. par. 1. char. 4. col. 4.
 Proprietas secundum Logicos dicitur duobus modis, vno modo cum dicitur de omni intentione, quæ est propria alicuius siue absolute, siue comparatione alicuius, alio modo cum dicitur de aliquo, quod est proprium alicuius speciei per se, & non alterius, aliquando etiam quod est speciei omnis, & semper. Auic. log. par. 1. char. 9. col. 2.
 Proprium vniuersale est quod prædicatur de indiuiduis vnius speciei in quale quid non substantialiter, siue sit commune semper, siue non. Auic. logic. parte 1. char. 9. colum. 2.
 Prouidentia diuina omnibus merita tribuit, manifestum ergo est animum immortalem esse. Hieroc. char. 68.

Prouidentia ex singulis quæ in mundo sunt rebus laudari facile potest si duo hæc insunt, facultas cuiusque rei perspicendi, & gratus animus, alioqui vel vtilitates rerum conditarum non intelligit, vel gratiam pro ijs non habebit. Arr. Epict. lib. 1. cap. 6. char. 25.
 Proximorum cultus, secundus est ab illo, qui parentibus debetur, ordinatus est curam prudenter mereri debemus, & secundum naturæ propinquitatem, tantum post patrem, & matrem singulis tribuere, quantum affinitas docet. Hieroc. char. 42.
 Prudentia habitus est, quæ optima est pars rationalis essentia nostræ ex qua alia animi potentia ordinantur, & apte disponuntur, vt animositas ad fortiter agendum, cupiditas, vt a placitis abstinemus, iustitia, vt indebita coerceamus, hæc virtus mortalem hominem in nobis ornat ex superabundantia sibi innata virtute hominis immortalis. Hieroc. char. 59.
 Prudentia est dux diuinorum bonorum recte animo hominis collocata suffragatur sibi, vt de omnibus bene consulat, & mortem fortiter, & pecuniarum perditionem æquo animo ferat, & omnes rerum mutationes, & illas sequentem fortunam sapienter, & intrepide supportare prudentia, vt possimus facit. Hieroc. c. 59.
 Prudentia proprium opus est Deorum legibus obtemperare, quæ non querit, vt non moriamur, similiter pecuniarum naturam non ignorare, quæ a nobis modo acquiruntur, modo amittuntur, prout quædam determinatæ causæ volunt, quibus resistere stultitia est: nam domini esse non possumus eorum; quæ nostra non sunt. Hieroc. char. 60.
 Pudere qui sui consuevit, habet semper secum custodem quem venatur. Hieroc. char. 56.
 Pudor sui ex necessitate facit, vt turpia, & indigna viro, qui ratione vitur, vitamus. Hieroc. char. 56.
 Pulcher est non qui faciem exornat, sed qui bonis moribus præditus est. Thaletis problem. char. 235.
 Pulchra singula sunt cum pro natura cuiusque pulcherrime se habuerint, & cum natura cuiusque est diuersa, diuersa etiam ratione quodlibet eorum pulchrum esse videtur. Arr. Epict. lib. 3. cap. 1. char. 237.
 Pulcher homo est si virtute humana est præditus, virtus autem humana est iustitia, continentia, modestia, & cætera virtutes. Arr. Epict. lib. 3. cap. 1. char. 238.
 Pueri quamuis sint humidi tamen firmiter tenent, quia animæ eorum non occupantur circa quæ occupantur animæ maiorum, nec mouentur ab eo quod stant in aliud. Auic. de anima, par. 4. cap. 3. char. 19. col. 3.
 Puer post quadraginta dies ridet, & hæc est prima actio, quam operatur anima rationalis in suo corpore, & somniat post duos menses. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 5. char. 44. col. 2.
 Pueris cum accidit egritudo secundum materiam augeatur egritudo in augmento Lunæ, quia tunc augumentantur omnes humiditates. Auic. de animalib. lib. 9. cap. 5. char. 44. col. 2.
 Pueris accidit mala digestio propter magnam gulositatem, & inordinatum modum commixtionis. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 3. char. 45. col. 3.
 Puer exigit somnum, vt cū nascitur appetit lachrymas. Auic. de animalib. lib. 17. cap. 1. char. 63. col. 2.
 Pupillis, & viduis, vt parentis loco esse debes. Simpl. in Epictet. char. 139.
 Pulmo nutritur ex sanguine calidiori admixto cum multa cholera, & sunt adunatæ in eo multæ superfluitates ex vapore nutrimentorum, & catarrho capitis, & est siccor epate. Auic. de animalibus, libro 12. cap. 2. char. 45. colum. 2.
 Pulmo est ex paribus venis, scilicet, & arteriis non dimittatis, & venis non pulsantibus, & in eo est caro parum alba, mollis, & rara, quæ eum implet, & est rarus, vt accipiat, & expellat aerem, & est duarum partium dextra,

dextra, & sinistra, & sinistra est duarum partium, dextra trium, & est quasi culcitra cordis. Auic. de animalib. lib. 13. cap. 2. char. 51. col. 1.
 Pulmonem habens, habet & vesicam, & renes. Auic. de animalib. lib. 13. cap. 5. char. 54. col. 1.
 Punctum non potest poni vt suo motu designet lineam, dicitur ad imaginandum non tamen, vt esse possit. Auic. metaph. tract. 3. cap. 4. char. 79. col. 4.
 Puro, & sine delictis victui consuefce. Pythagoræ aurea verba. char. 1979.
 Pythagoræ præcepta purgāt nos a desidia, & diuinorum scientiam inferunt. Hieroc. char. 13.
 Pythagoræ verba dicuntur aurea, quia vt optima sunt, sic aurum in rebus humanis optimū est. Hieroc. c. 14.
 Pythagoricæ disciplinæ finis est, vt ad diuinorum bonorum acquisitionem perfecti omnino, & alacres efficiamus, vt quando moriendi tempus aduenerit relinquentes in terris mortale corpus, & eius naturam deponentes, vt Athletæ certaminum, philosophia accincti, leuis ad coelestem sedem perueniamus. Hieroc. char. 158.
 Pythagoreorum mos fuit huius mundi opificem, & patrem louis nomine magnificare: nam louis nomen imago quædam est in voce operatricis existentia. Hieroc. char. 169.
 Pythagoram alij Samium, alij Syrium, alij Tyrium, a quibusdam Græcis Tyrhenum, ab alijs Hebræum fuisse proditum est, & vt ait Theodoretus a circumcissione non abstulit ab Hebræorum monumentis Prophetis, & Mose multa desumpsit. Lil. Greg. Gyr. in præfat. de symb. Pythag. char. 75.
 Pythagoras vescabatur melle, & fauo, quia sine hominum labore parantur, & quasi sit coelestis cibus, milio, & pane, vino penitus abstulit, lactucis vescabatur, quia ventrem sistant. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola. char. 117.



QVAE ignoraueris ne facias, sed quantum necesse est discere. Atque ita vitæ iucundissimam trahes. Pythagoræ aurea verba. char. 1979.
 Quæ perpeti recusas, ne cui idem feceris. Epict. sent. char. 223.
 Quæstiones an logica sit pars Philosophiæ, vel non, superflue sunt, tum quia cognitio, & sollicitudo harum rerum non prodeit: tum quia alio modo, & alio intelligunt de philosophia. Auic. logic. par. 1. char. 2. col. 3.
 Qualitatum passuarum instrumentum primum est humiditas, & hæc est, quæ recipit figuram, quam sequitur siccitas, quæ conseruat figuram, & iuuat ad retentionem formæ. Auic. de anima, par. 2. cap. 1. char. 6. colum. 3.
 Qualitas non sentitur, nisi dum membrum tangens fuerit contrarium illi qualitati ex qua patitur, cum peritulerit, & quieuerit passio, qualitas fiet complexio membri, & tunc non sentietur. Auic. de anima, par. 4. cap. 5. char. 21. col. 1.
 Qualitates sensibiles sunt accidentia. Auic. metaphysic. tract. 3. cap. 7. char. 82. col. 1.
 Quantitas est illa in qua possibile est esse aliquid de illa quod per se ipsum potest esse vnum numerans, siue hoc possit esse in se, siue sit ex positione. Auic. metaphysic. tract. 3. cap. 4. char. 80. col. 2.

Quantum continuum, vel est stabile habens esse similiter cum suis partibus, vel non si non est stabile, sed renouatur esse eius per successionem vnius post alium, est tempus, si vero fuerit stabile, & sit mensura tunc, vel erit illa, quæ est perfectio ex mensuris, & est computat, vel duæ superficie, vel vna linea, & hæc sunt quantitates continuæ per se. Auic. metaphysic. tract. 3. cap. 4. char. 80. col. 1.
 Quies est priuatio motus. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 4. char. 27. colum. 2.
 Quies est motus priuatio in eo, quod moueri solet. Auic. suffic. lib. 2. cap. 13. char. 36. col. 2.

R



RANA non dat vocem, nisi in aqua, & habet linguam, & coniunctam cum mandibula, & cum facit vocem mandibula est in aqua, & illa vox dicitur coax, & cum exit aquam facit aliam vocem. Auic. de animalib. lib. 4. cap. 2. char. 33. col. 2.
 Rana cantans non inuenitur in terra Caraman. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 2. char. 37. col. 3.
 Raro vel cum molestia quid spectatur senex Tyrannus. Thaletis problem. char. 234.
 Ratiocinandi, & differendi facultas sola prospicit tum se ipsam, quænam sit, quid possit, & quanti sit existimanda, tum cæteras vniuersas. Arr. Epict. lib. 1. cap. 1. ch. 8.
 Ratio cernit aliquando quod dicit, & aliquantisper pugnat pro illo, excitatis etiam appetitionibus, & declinationibus rectis, licet obscuris, sed brutis affectibus eam vincentibus, & distrahentibus suis cupiditatibus, vt seruiat cogitur. Simplic. in Epict. char. 52.
 Rationale, vt differentia est hominis non prædicatur de Angelis. Auic. log. par. 1. char. 8. col. 2.
 Rationale non est conditio, vt ex ea pendeat animal, vt animal quantum ad intentionem animalis, & eius certitudinem, sed ad hoc vt habeat esse signatum. Auic. metaph. tract. 8. cap. 5. char. 99. col. 4.
 Receptibile omne non est receptibile omnis rei, vt lana non potest recipere formam entis. Auic. de anima, par. 4. cap. 5. char. 21. col. 1.
 Recipere est ex vna vi, quæ est alia ab ea ex qua est retinere. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 5. col. 2.
 Recitationibus non eris præfens, nec ad illas accesseris, & si accesseris grauitatem, & constantiam tuere, & caue ne cui sis molestus. Epict. char. 185.
 Recordatio non inuenitur, nisi in solo homine, reliqua, si memorant, memorant tantum, & si memorant non desiderant, nec cogitant inde. Auic. de anima, par. 4. cap. 4. char. 19. col. 3.
 Recordatio est inquisitio, vt habeatur in futuro quale habebatur in præterito. Auic. de anima, par. 4. cap. 3. char. 19. colum. 3.
 Recordantur citius, qui magis percipiunt nutus. Auic. de anima, par. 4. cap. 4. char. 19. col. 3.
 Recordari cum quis intendit non vadit, ad id quod intenditur per aliqua, quæ sequitur acquisitio intentionis necessario, sed ad modum signorum: nam cum habetur id, quod est propinquius intentioni, anima mouetur ad intentionem tali dispositione, quale ipsa est. Auic. de anima, par. 4. cap. 3. char. 19. col. 3.
 Recte fiunt, quæ secundum naturam fiunt. Arr. Epict. lib. 1. cap. 11. char. 48.
 Regi, & misero commune est nasci, & mori. Alter. Had. & Epict. char. 231.
 Regnum est id, quod sine societate est, pars Deorum. Altercat.

Altercat. Hadria. & Epiet. char. 233.
Reipublicæ maxime prodeit sapiens, si alium sapientem ciuem fidelem, & verendum effecerit. Epiet. ch. 98.
Reipublicæ regendæ rationem dicitur eam administraturus, vt si nauem gubernaturus esses eius gubernandi artem ediceres. Epiet. sent. char. 224.
Reipublicæ qui curam habet moderatos ciues beneficijs atficere studeat, improbos vero vehementias castigat, & corrigit eum qui rationi, & legi aduersatur, vt equis bonos pullos alit, & malos alteros grauius castigat, alteris æquare studet. Epiet. sent. char. 225.
Reipublicæ benemeritus eris, non si tuta ædium in alium eduxeris, sed si ciuium animos euexeris, præstat enim in paruis domibus magnos habere animos, quã in magnis ædibus humilia delitescere mancipia. Epiet. sent. char. 225.
Reipublicas non faciant tranquillitas, & florentes membra, & saxa, sed virorum animi, ornatu disciplina. Epiet. sent. char. 225.
Reipublicæ quod debetur vltro confer priusquam postuletur. Epiet. sent. char. 226.
Reipublica foelix cum vnusquisque ciues suo intentus est operi aliena non curat. Simp. in Epiet. char. 102.
Reipublicam inuati philosophus doctrina, & exemplo. Simp. in Epiet. char. 102.
Relatio alia est de qua duo extrema sunt diuersa, vt duplum dimidium, quædam sunt cõuenientia, vt æquale, & æquale; & diuersorũ quædam diuersitas est terminata, vt dimidiũ, & duplum, & quædam quorũ nõ est certificata, sed inuititur certificare, vt multiplex, totum, pars quædam quorum nullo modo est certificata, vt magnum paruum. Auic. metaph. tract. 3. cap. 10. char. 83. col. 2.
Relatio non est quæ non fit accidens. Auic. metaph. tract. 3. cap. 10. char. 83. col. 2.
Relatiua habent in se relationem respectu alterius, quæ non est illa intentio, quam habet in se aliud respectu illius. Auic. metaph. tract. 3. cap. 10. char. 83. col. 2.
Relatiua sunt quorum quidditas dicitur respectu alterius. Auic. metaph. tract. 3. cap. 10. char. 83. col. 3.
Relatiua habent esse in singularibus. Auic. metaph. tract. 3. cap. 10. char. 83. col. 4.
Religio erga Deos immortalis est de eis habere rectas opiniones, vt sentias, & eos esse, & bene iusteque vniuersa administrare, parendum eis est, & in omnibus acquiescendum, vt quæ a mente præstantissima regantur. Epiet. char. 141.
Religionis pars non parua est liquidum, & verum iusurandum. Hieroc. char. 31.
Religionis ratio, & sermo omnium bonorum nobis est principium, & semen. Hieroc. char. 49.
Religio omnium virtutum dux est, qua media ad Deum est ascensus. Hieroc. char. 16.
Religio, vt est virtutum omnium mater, ita à religione discessio est omnium vitiorum dux. Hieroc. char. 82.
Remotio vnus est causa remotionis alterius, differt ab hoc quod ex remotione vnus necesse est remoueri alterum. Auic. metaph. tract. 2. cap. 4. char. 79. col. 1.
Ren dexter altior est sinistro, quia propinquior est epati, & quia fortior, & maior, & minoris sepi. Auic. de animalib. lib. 14. cap. 1. char. 54. col. 2.
Res quædam in nostra potestate sunt, quædam non sunt, in nostra potestate sunt opinio, appetitus, desiderium, auerfatio, & vt vno verbo dicam omnes nostræ actiones, quæ liberæ sunt, nec ab alijs prohiberi possunt nostri arbitrij non sunt corpus, & in summa quæ ipsi non agimus, in hæc nullum ius habemus. Epiet. cap. 1. char. 1.
Res singulæ, vel quæ delectant, vel quæ vsui seruiunt, vel quæ diliguntur considerandæ cuiusmodi sint, si olim agitas ea contracta ne perturbaberis, si filiorum,

aut vxorem diligis, cogita te hominem diligere, eo mortuo ne perturbaberis. Epiet. char. 38.
Rebus externis vt debemus ita, vt ad Dei rerum omnium gubernatoris curam referamus, vt necessaria necessarijs, vt victus, vestitus, & domicilium, prout homini frugi satis sit, commodã commodis, vt vxor, liberi, res familiares, & similia, cum dantur accipiendã, animo semper in id quod principaliter appetendum est intento, diuinas vero principatus, & delicias, cum vitæ rationi consentanea coniungi nequeant, ne obiter quidem admittenda sunt, & si a Deo ad nauem, id est ad veram patriam retrahimur his omnibus relictis curre ad hæc omnia non respiciens. Epiet. ch. 52.
Res externæ non perduntur, sed restituuntur, filius obit, redditus est, prædium est ereptum, id quoque est redditum, at improbus est, qui eripuit, quid tua refert si per quem is qui dederat, abs te repetierit, sed quantum concesseris id tanquam alienum curato, vt cauponum viator. Epiet. char. 73.
Rerum omnium antecedentia, & consequentia consideranda, ante quidquid gerendum suscipias. Epiet. char. 128.
Res omnes habent duas ansas vnã tolerabilem, alterã intolerabilem, vt si frater facit iniuriam, qua facit iniuriam, non est tolerabile, qua frater tolerabilis, & ea sicprehendenda sunt, qua tolerabilia. Epiet. char. 200.
Res omnes, quæ sub ortum cadunt, quia constant ex contrarijs aliqua ex parte inter se consentiunt, aliqua dissentiant, vt ignis, vt calidus aeri consentit, vt ficus aeri opponitur. Simp. in Epiet. char. 201.
Rerum scientiam duobus modis suscipimus, aut per doctrinam auditu, aut per inuentionem aspectu, sponte mala habere dicuntur hi, qui neque ab alijs addiscere, neque per se inuenire volunt. Hieroc. char. 161.
Res non sunt incognitæ, nisi quantum ad nos dispositio vero, & id quod accidit rebus ex eo quod inuitamur per eas de incognitis ad cognita est dispositio, & accidens, quod accidit eis in intellectu, quamuis ipsæ habeant esse præter hoc, ideo logica est necessaria. Auic. log. par. 1. char. 2. col. 2.
Rerum quædam sunt semper, quædam sæpe, vel frequenter, differt semper a sæpe: quia ei quod est semper non aduersatur aliquod contrarium. Auic. suffic. lib. 1. cap. 13. char. 20. col. 4.
Res vna potest esse ratione vnus, vt fiat sæpe, & ratione alterius raro. Auic. suffic. lib. 1. cap. 13. char. 21. col. 1.
Res conuenientes in natura, quæ non specificantur differentijs substantialibus non multiplicantur ex esse, sed ex materijs sustentibus, vnde cum materia fuerit vna, non multiplicantur vllõ modo, vnde non sunt duæ dimensiones. Auic. suffic. lib. 2. cap. 7. ch. 29. col. 1.
Res aliquando est causata in sua causalitate, aliquando in suo esse, in sua causalitate, vt dualitas ab vnitatẽ. Auic. metaph. tract. 6. cap. 5. char. 94. col. 3.
Res aliæ sunt, quarum esse possibile est esse, nisi male absolute, aut sunt res quarum esse est bonum, & impossibile eas esse malas imperfectas, aut sunt res in quibus præualet bonitas, aut in quibus præualet malitas, aut sunt res æquales ad vtramque dispositionem. Auic. metaph. tract. 9. cap. 6. char. 106. col. 3.
Resoluere est separare in intellectu vnãquamque partem rei, quæ sunt in illa. Auic. suffic. lib. 2. cap. 9. char. 31. col. 3.
Reuertendum non est cum veneris ad terminos, id est non est timenda mors, terminus enim ipsa est quem transire non licet, vel non in concupiscentijs, & desiderijs mutata vitæ ratione viuendum esse, ne iisdem illecebris vtendum, quibus antea. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 95.
Risibilitas in homine de necessitate consideratur ad principia

cipia ex quibus constat humanitas. Auic. log. par. 1. char. 4. col. 1.
Risu effuso abstinere. Pythagoræ symbola. char. 1979.
Risus non fit multus, nec ob multa, nec effusus. Epiet. char. 175.
Risus est lætantis animi ebullitio quædam, sitque spiritu intumescente, & sonitum edit ebullitioni non dissimilem. Simp. in Epiet. char. 175.
Rogus est contentio crediti, per solutio debiti. Altercat. Hadr. & Epiet. char. 232.
Roma est fons imperij orbis terrarum, mater gentium, rei possessor, Romanorũ contubernium, pacis æternæ consecratio. Alter. Hadr. & Epiet. char. 233.
Rubrum aliquid ne suscipias. Pythag. symb. char. 1979.



SACERDOS solus appellatur Dei amator, solus Deo effundere preces nouit, qui propriam animam, quasi quoddam simulachrum Dei ædificat. Hieroc. char. 24.
Sacerdotem vt ait Plutarcus ieiunantes in festis diebus præcedebant qui iubeant, vt ab operibus homines desisterent. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 156.
Sacrificium est delibatio. Alter. Hadr. & Epiet. char. 233.
Sacrificandum non est sine farina, id est vt mundi sacrificemus, & mente candida. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola. char. 145.
Sacrificandum nudis pedibus, id est inter sacrificandum mundanis curis relictis, & a scelerum inquinamentis purgati rei diuinę operam darent, alij mortuorum vitam conspiciere interpretantur. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola. char. 149.
Sæpe quod fit si remouetur contrarium, & prohibentia fit necessario quod patet, & in naturalibus, & in voluntarijs. Auic. suffic. lib. 1. cap. 13. char. 20. col. 4.
Sæpe quod est in naturalibus est id quod debet esse semper, nisi sit aliquod impediens. Auic. metaph. tract. 4. cap. 2. char. 85. col. 3.
Sal apponendus, id est amicitia non est dirimenda, alij iustitiam seruandam interpretantur, alij ad affectiones nostras, & modestiam pertinere aiunt: nam & plurimus, & minimus respicitur, per sale sapientia, & prudentia designatur: antiqui ad placandos Deos sal apponebant. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 120.
Sal à putrefactione omnia conseruat, ex purissimis enim rebus aqua, scilicet, & mare constat tametsi ex omnipenẽ re sale chemici confieri tradunt. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 120.
Salem, & mensam non præterito, prouerbiũ est de seruanda amicitia. Lil. Greg. Gyr. in Pyth. symb. ch. 120.
Salem ante alios cibos hospitibus apposuerunt antiqui. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 120.
Sal sumitur pro lepore, & facietia, pro acrimonia. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 122.
Sale Aegyptij abstinerunt, adeo vt & pane sale condito non vescerentur, & ebrios, & delirantes oleo, & sale perungere solebant antiqui. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 122.
Saliua hominis ieiuni interficit animalia pũgitiua. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 2. char. 37. col. 4.
Sanguis humanus vbi sparsus est locus lapidibus obruentus est, id est discordiarum memoriam, ac bellorũ penitus abolendam, vel desideria a corde excludere debemus, & offensam, quæ ex eis cõtraximus humanẽ satisfaciẽdo abscondere. Lil. Greg. Gyr. in Pyth. symb. c. 178.

Sanguinem sudat homo, aut quia eius sanguis multus est in quãtitate, aut quia est paucus, subtilis, & feruens. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 3. char. 32. col. 1.
Sanguis cum homo dormit conuertitur ad inferiora, ita vt si findatur cutis hominis dormientis, non exit sanguis, vt in vigilante: & hominum mulieres habent maiorem sanguinis quãtitate, quã mulieres ceterorum animalium, & ideo habent menstrua, alia animalia non, & sanguis virorum est exterius mulierum interius. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 3. char. 32. col. 1.
Sanguis senum est niger, spissus, & paucus. Auic. de animalib. lib. 3. cap. 3. char. 32. col. 1.
Sanguis menstruus in muliere est materia, & ab alijs locis fit album, & viscosum, & discurret ad matricem, ex cuius cursu delectatur matrix. Auic. de animalibus, lib. 9. cap. 3. char. 42. col. 1.
Sanguis omnis permutatus existens in matrice vocatur menstruum quocunque modo sit mutatum in qualitate, & quod dicitur sperma mulieris erit sanguis, & æquiuoce vocatur sperma. Auic. de animalibus, lib. 9. cap. 3. char. 42. col. 2.
Sanguis est calidus, & humidus, naturalis est rubeus boni odoris, & dulcis, innaturalis est, aut cum fit mixtio, aut quia in se mutatur per calorem, & frigus, mixtione fit, aut cum humor extrinsecus intrat in ipso. Auic. de animalibus, lib. 12. cap. 5. char. 46. col. 1.
Sani ægrotantes sunt qui aliena negocia curant. Altercat. Hadr. & Epiet. char. 231.
Sanitatem corporis ne neglexeris, sed mensuram cibo, potuique, & exercitationibus adhibe, mensuram vero illam dico, quæ nullis te molestus afficiet. Pythagoræ aurea verba. char. 1979.
Sapientiam, & eruditionem, quarum possessio constantior est cæteris rebus, parare sibi debet iuuenis ad se necitatem. Biantis problem. char. 236.
Sapiens est qui necessitati se accomodat, & rerum diuinarum conscius. Epiet. char. 216.
Sapientiæ studium versatur in purgatione, & perfectione vitæ humanæ. Hieroc. char. 12.
Sapientia prima neque diminuta est, neque completa, sed super cõpleta, & disponens omnia in ipsa, & tunc non fiet, quoniam apud illam sunt ideæ, & quæcũque facta sunt in ipso, vita sunt. Auic. de intellig. cap. 1. ch. 64. c. 3.
Scientiæ cognitio demonstratione comparatur, quæ est ratiocinatio ex euidentibus propositionibus rite collocatis, quæ propositiones firmamenta rationum non desiderant. Simp. in Epiet. char. 215.
Scientiarum partes sunt, aut speculatio de cõcipiendo eo, quæ sunt cum hoc, quod habet in motu esse, & essentialiam, & pendet ex materijs propriarum specierũ, aut speculatio quæ sunt separata ab eis in intellectu tantũ, aut quæ sunt separata ab eis in esse, & intellectu, prima est scientia naturalis, secũda est disciplinabilis pura, & scientia de numero, scilicet illa, quæ est notior: nam cognitio de materia numeri, vt est numerus non pertinet ad disciplinalem, pars tertia est scientia diuina. Auic. log. par. 1. cap. 2. col. 2.
Sciẽtiæ naturalis subiectũ est corpus sensibile, vt subiacer mutationi, & in scientia naturali quod inquiritur sunt accidentia, quæ ei accidunt, ex hoc quod tale est, & ea sunt accidentia, quæ vocantur essentialia, & sunt coherentia, quia ei coherent, ex eo quod est corpus sensibile, siue sint formæ, siue sint accidentia, siue conuincta ex illis. Auic. suffic. lib. 1. cap. 1. char. 13. col. 1.
Scientiæ aliæ sunt vniuersales, aliæ particulares. Auic. suffic. lib. 1. cap. 1. char. 13. col. 1.
Scientia omnis habet suum proprium subiectum, cuius dispositiones inquirat ergo Deus nõ est subiectũ huius scientiæ, quia quiritur in ea. Auic. metaph. cap. 1. ch. 70. c. 2.
Scientia tuta debet stabilire esse suum subiectum. Auic. metaph. cap. 1. char. 70. col. 2.

Scientiæ omnis inquisitio non est de principijs, sed de consequentibus principijs. Auic. metaph. tract. 1. cap. 2. char. 70. colum. 4.

Scientiarum omnia principia minus communia sunt in scientia communiore. Auic. metaph. tract. 1. cap. 2. char. 71. col. 1.

Scientiæ omnes communicant in vna utilitate, quæ est acquisitio perfectionis humanæ animæ, in effectu præparantis eam ad futuram foelicitatem. Auic. metaph. tract. 1. cap. 3. char. 71. col. 4.

Scito non multa ex ijs hominibus bonis fortunam asferre. Pythagoræ aurea verba. char. 1979.

Scitur vnaquæque res duobus modis, vno, vt intelligatur tantum; vt cum nomen habeat quo appelletur, repræsentetur animo eius intentio, quamuis non sit veritas, vel falsitas, vt cum dicitur homo, altero modo vt cum in intellectu sit credulitas, vt cum dicitur, omnis albedo est accidens. Auic. in log. par. 1. ch. 2. col. 3.

Scorpiones si intoxicant porcum, & porcus vadit ad aquam, moriuntur. Auic. de animalib. lib. 8. capit. 2. char. 37. colum. 4.

Sedere non oportet in clienice, id est habenda est ratio quæ præsentis, & futuri victus: Picus senior exposuit, id est rationalem partem, qua anima cuncta meretur, & examinat ne otiosa desidia remittendos amittamus, sed rationis exercitatione, ac regula dirigamus assidue, & excitemus: alij nõ esse de victu semper cogitandum. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 89.

Sedes non est abstergenda oleo, id est nõ esse abutendum rebus optimis, vel quod magis placet assentatoribus non est vtendum. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola. char. 166.

Sempiternum est id, quod est cum tempore, & non est in tempore, cuius esse est cum diurnitate totius temporis, & quod in diurnitate vnum, & idem est, est sine omni permutatione absolute, & sine aliqua comparatione horæ post horam, id est semper. Auic. suffic. lib. 2. cap. 13. char. 36. col. 2.

Senatus est ornamentum vrbs, splendor ciuium. Alter. Had. & Epict. char. 233.

Senes ne constringaris aliquo humano vinculo, sed totus ad discessum intentus eris, & a nauis ne recedas, ne quando vocatus deficias. Epict. char. 53.

Senes propter humorem, qui præualeat in eis non memorantur ea, quæ vident. Auic. de anima, par. 4. cap. 3. char. 19. colum. 3.

Sensus est aliqua affectio. Auic. de anima, par. 1. cap. 2. char. 3. colum. 2.

Sensus communis est vis ordinata in prima concavitate cerebri recipiens per se ipsam formas omnes, quæ imprimuntur quinque sensibus, & redduntur ei. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 5. col. 2.

Sentire est recipere formam rei à materia nudam, ita vt informatur per eam sentiens. Auic. de anima, par. 2. cap. 2. char. 7. col. 1.

Sensus vis, & imaginatio in suis comprehensionibus particularium incipiunt primum ab imaginatione singulari, quæ magis habet similitudinem cum intellectu communi, donec veniat ad imaginationem personalem, quæ est indiuiduum purum ex omni parte. Auic. suffic. lib. 1. cap. 1. char. 13. col. 3.

Sensus dispositio in secunda dispositione rationis, quod magis simile est communi, vt nouus in se ipso cognoscit, sed in tempore imaginatio acquirit per sensum indiuiduum speciei, non signatum proprietate. Auic. suffic. lib. 1. cap. 1. char. 13. col. 3.

Sensus communis est vis cui redduntur omnia sensata. Auic. de anima, par. 4. cap. 1. char. 17. col. 2.

Sensus communis, imaginatio, & phantasia sunt quasi vna virtus, & non diuersificantur in subiecta, sed in forma: nam sensus cum sit sensus exteriores discer-

nunt aliquo modo, & iudicant phantasia, & imaginatio retinent. Auic. de anima, par. 4. cap. 1. ch. 17. col. 3.

Sensus communis reddit virtuti formali quasi ad reponendum quicquid reddunt ei sensus exteriores, & ipsa reponit, & aliquando virtus formalis reponit quædam quæ non sunt apprehensa sensu. Auic. de anima, par. 4. cap. 2. char. 18. col. 1.

Sensus destruantur aliquando apprehendendo sensibile difficile, vt visus splendore maximo, auditus maximo tonitruo. Auic. de anima, par. 5. cap. 2. char. 23. col. 4.

Sensus communis, & virtus formalis sunt in prima parte cerebri spiritu replente ipsum ventriculum. Auic. de anima, par. 5. cap. 8. char. 28. col. 3.

Sententiam optimam, vt aurigam tibi præpone. Pythagoræ aurea verba. char. 1979.

Sentientis omnis apprehendit suum sensatum, & priuationem sui sensati. Auic. de anima, parte 2. cap. 2. char. 7. colum. 3.

Serpentes, & reliqua serpentina viuunt multo tempore absque nutrimento. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 1. char. 36. colum. 4.

Serpentes cum comedunt scorpiones, citius interficiunt. Auic. de animalib. lib. 8. cap. 2. char. 37. col. 4.

Sermones solum sunt, qui sunt veri: nam si solum rationalis substantiæ dignitatem seruant, falsi non sunt sermones: nam nos ad malitiam, & falsitatem ferunt. Hieroc. char. 92.

Seruire multos homines paucis lectulis absurdum est. Epict. sent. char. 221.

Seruus voluntate, & studio nemo liber est, malum vinculum est, vt fortuna corporis, sic animi vitium: nam corpore solutus, vinculus animo seruus est, contra solutus animo, vinculus corpore liber est. Epict. sentent. char. 229.

Serui tot habendi quot ad vsum rei familiaris accommodati sunt, & ad necessaria apti, & opere exigatur tum diligentes, tum tolerabiles: nam plerique dominorum sunt hostes. Simp. in Epict. char. 179.

Siccitas est restrictio materiei, & aut ita est, vt partes sint in vltimo continuationis aliarum partium cum alijs. Auic. de celo, & mundo, capit. 16. char. 42. colum. 2.

Siccus in corpore est capillus, deinde os, & cartilago, ligamentum post membra, & venæ non pullatiles, & post pullatiles, & nerui facientes ad motum post cor, post nerui sensuum, deinde cutis. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 2. char. 45. col. 2.

Silentium maiori ex parte, & tecum, & cum eris in hominum congressum serues, aut dicito necessaria, & cum paucis. Epict. char. 172.

Silentium seruare debemus, & si pluribus verbis opus est, non verba faciemus de gladiatoribus, de ludis circensibus, de pugilibus, de cibus, aut potibus, nec de hominibus comparando, siue vituperando, siue laudando, sed traduc tales sermones familiares ad res grauiiores, sed si sunt ibi homines, qui aliud vitæ institutum sequuntur taceto. Epict. char. 172.

Silentium seruare oportet, id est lingua compelescenda, alij id pertinere ad sacrificandi consuetudinem interpretantur. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 158.

Silentio solum Deum, quem Aegyptij colebant, qui rerum omnium auctor est. Lil. Græ. Gyr. in Pyth. symb. c. 159.

Silentium Pythagoræ discipuli quinquennio seruabant, alij triennio, sed biennio minus nulli. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 159.

Similitudine omnia solent ad inuicem coniungi dissimilitudine, & si propinqua sunt disunguntur. Hieroc. char. 186.

Simplicia prius cognoscenda, quam composita: nam ex simplicium cognitione pendet compositorum cognitio. Auic. log. par. 1. char. 3. col. 1.

Simplicium

Simplicium destructionis potentia, quæ sunt in materia, est in substantia, quam habet materia, non in eorum substantia. Auic. de anima, parte 5. capit. 5. char. 25. colum. 1.

Simplicitas non constituit esse elementorum, sed perficit eorum naturam, in quantum est simplex. Auic. metaph. tract. 8. cap. 2. char. 98. col. 2.

Simulachrum plusquam vnum videtur in aqua mota, quia angulus qui habetur inter lineam visus directi in aqua, & linea Solis directam in aqua, penes quem angulum consistit nostrum videre, non remanet vnus, & propter commotionem multiplicatur. Auic. de anima, par. 3. cap. 8. char. 16. col. 3.

Simulatio non decet bonum virum. Simplic. in Epict. char. 85.

Singularia designata si comparantur ad res speciales, quantum ad intellectum singularia non sunt nec posteriora, nec priora, nisi interuenerit vis sensibilis interior, quia tunc singularia erunt notiora, quam vniuersalia: singularia enim depinguntur in vi sensibili interiore, & post ex illis intellectus abstrahit communitates, & diuersitates, & naturas communium specialium, & cum comparauerimus ea, quantum ad naturam, communia specialia erunt notiora quamuis initium abstractionis eorum est a singularibus designatis. Auic. suffic. lib. 1. cap. 1. char. 13. col. 3.

Singulare vagum duplex aliud est, quando formatur in sensu de singulari eminens apparenti, aliud quando imaginatur, quod est corpus absque apprehensione animalitatis, vel humanitatis. Auic. suffic. lib. 1. cap. 1. char. 13. colum. 4.

Singularia cuiuslibet speciei non sunt diuersa in intellectu essentia, sunt vnum in eo, sed debent esse diuersa accidentibus. Auic. metaphysic. tract. 1. cap. 8. char. 74. colum. 1.

Singulare non habet diffinitionem, quamuis composita habent aliquam diffinitionem. Auic. metaph. tract. 5. cap. 5. char. 90. col. 1.

Sitis est desiderium humidi, & frigidi. Auic. de anima, par. 2. cap. 3. char. 7. col. 4.

Solem versus ne mingas. Pythag. symb. char. 1979.

Solem versus ne loquaris. Pythag. symb. char. 1979.

Sol est splendor orbis, qui tollit, & ponit diem, per quem scire nobis cursum horarum datur. Altercat. Hadr. & Epict. char. 233.

Sol quia est nobis propinquior, & velocioris motus, ideo maiorem calorem ab eo sentimus. Auic. de celo, & mundo, cap. 14. char. 42. col. 1.

Solitudo est status eius, qui adiumentis caret, non quod sit solus, est autem in solitudine homo etiam si in media Roma esset modo caret adiumentis a qua liberatur consuetudine hominis fidelis, verecundi, & vtilis, sed qui pacem internam habet nõ sentit solitudinem. Arr. Epict. lib. 3. cap. 13. char. 277.

Somnus est mortis imago. Altercat. Hadria. & Epict. char. 233.

Somniantes somniant quæ sunt propria somnianti, & ad ipsum pertinent, vel ad suos, vel ad suam terram, vel ad suam ciuitatem, vel ad suum clima. Auic. de anima, par. 4. cap. 2. char. 18. col. 4.

Somnia naturalia sunt quæ veniunt ex virtutum humorum temperantia cum spiritu virtutem formalem, & imaginatiuam generante, & aliquando repræsentat id, quod est in corpore, & quod est illi accidens. Auic. de anima, par. 4. cap. 2. char. 18. col. 4.

Somnia omnia non sunt vera, nec de ipsis est multum curandum: non enim virtus imaginatiua semper repræsentat quod emanat a celestibus. Auic. de anima, par. 4. cap. 2. char. 18. col. 4.

Somnia, quæ sunt in mane magis vera sunt, quia cogitationes hac hora quiescunt, & motus humorum sunt

finiti, & seruitium imaginatiuæ est tunc melius, quod animæ præstat. Auic. de anima, parte 4. capit. 2. char. 19. colum. 1.

Somnia mendacis, malitiosi, ebrii, infirmi, tristis, & in quæ præualeat mala complexio, aut sollicitudo, nec alia nisi videntur in mane non sunt vera. Auic. de anima, par. 4. cap. 2. char. 19. col. 1.

Somniorum verorum homines sunt, qui magis temperata sunt complexionis, & qui sicca est complexionis, & si non bene retineat, tamen bene recipit, qui humida cito recipit, & cito amittit, calidæ est agilis in suis motibus, & frigidæ est piger, & ex his ille est verior qui solet verum dicere. Auic. de anima, parte 4. cap. 2. char. 19. col. 1.

Somnium Regis Herculis non scientes interpretes interpretari ille dormiendo in alio somnio intellexit interpretationem. Auic. de anima, parte 4. cap. 2. char. 19. colum. 3.

Somnus est priuatio vigiliæ in quo anima ab exterioribus couertitur ad interiora, aut propter lassitudinem, quæ contingit exterioribus, aut propter lassitudinem, quæ venit ex illis, quia instrumenta non sunt illi obedientia. Auic. de anima, par. 4. cap. 2. char. 19. col. 1.

Sonus non est aliquid stabilis essentia, nec habet fixum esse, vt possit stabiliri esse eius. Auic. de anima, par. 2. cap. 6. char. 9. col. 1.

Sonus est quod accidit ex scissione, & percussione, scissio est cum partis inter se separatur, percussio fit cum duo corpora se inuicem percutiuntur, sed ex omni percussione non oritur sonus, vt si corpora mollia percutiuntur non sentitur sonus, & sic de scissione. Auic. de anima, par. 2. cap. 6. char. 9. col. 2.

Sonus accidit ex commotione molis corporis impetuosi constricti, inter duo corpora contraria sibi resistentia, secundum quod sic est, & sicut aqua, & aer. Auic. de anima, par. 2. cap. 6. char. 9. col. 4.

Sonus, & vigilia, ægritudo, & sanitas sunt corporis dispositiones, quorum principia in ipso sunt, sed non habet ea corpus, nisi ex hoc quod est habens animam. Auic. de anima, par. 4. cap. 4. char. 20. col. 3.

Spatium infinitum esse impossibile est. Auic. metaph. tract. 7. cap. 2. char. 96. col. 1.

Speculatiua doctrina omnis habet subiectum, & non tractat nisi de dispositionibus eius, & accidentibus, & vnius doctrinæ est tractare de subiecto, & alterius de eius accidentibus. Auic. log. par. 1. char. 3. col. 2.

Speculum non inspicere ad lucernam debemus, id est nõ ad mentitam lucem conscientiam, sed ad solarem, & diuinam lucem contemplandum. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 160.

Sperma quouisque generatur animal, accidunt ei multæ generationes, quas continent permutationes secundum qualitatem, & quantitatem, & sperma non cessat permutari paulatim, cum sit adhuc sperma, quousque perueniat ad terminum quo denudetur a forma spermali, & vertatur in coagulatum sic, vt conuertatur in dura, deinde in ossa, & alia. Auic. sufficient. libro 2. cap. 3. char. 26. colum. 1.

Sperma fit ex sanguine bono, & decocto decoctione bona, & completa. Auic. de animal. lib. 3. c. 3. c. 32. col. 1.

Sperma quando exit de corpore hominis multum discoloratur, & debilitatur suum corpus magis quam si quadragies exiret de suo corpore sanguis tantus, quia sperma est res habitata ad transfundendum in membra, & cum exit aufertur naturale nutrimentum membri. Auic. de animal. lib. 3. cap. 3. char. 32. col. 1.

Sperma omne animal habens, sanguinem habet, & est viscosum animalium habentium pilos, & si descendit ad fundum aquæ habet virtutem generatiuam, & nigrorum est album. Auic. de animalibus, libro 3. cap. 3. char. 32. col. 2.

- Sperma** si non exit per quinque dies bene retentum est, & si inungatur vulua cum liquida pice, aut olibano, & cerusa desolutis in oleo claudetur facilius orificiū matricis, quod fieri debet aliquantulum post tempus imprægnationis, ne si statim fieret damnificaretur sperma. Auic. de animalibus, libro 9. capit. 1. char. 40. colum. 4.
- Sperma** quod est spissum melius est, & quod est subtile, & filofum, generat foeminas. Auic. de animalibus, lib. 9. cap. 1. char. 40. col. 4.
- Sperma** plus abundat in hominibus, quam in alijs animalibus æqualibus sibi corpore, & albi non multum pingues, & macri plus abundant in spermate, quam nigri, & fulci, quia in illis abundat multa humiditas, quæ est materia spermatis, & mulieres albæ fugunt magis sperma viri, quam aliæ. Auic. de animalibus, lib. 9. cap. 1. char. 40. col. 4.
- Sperma** siue viri, siue mulierum est sanguis mutatus, & sperma viri, & sperma mulieris æquiocantur in nomine spermatis. Auic. de animalibus, lib. 9. cap. 1. char. 41. colum. 1.
- Sperma** mulieris nõ habet in se virtutem generatiuam, sed potestatem tantum, vt in ea fiat generatio. Auic. de animalibus, lib. 9. cap. 3. char. 42. col. 1.
- Sperma** non dicitur, nisi quod exit cum delectatione a testiculis cum impulsionem forti, & humiditas quæ exit a mulieribus non est sperma. Auic. de animalibus, lib. 9. cap. 3. char. 42. col. 2.
- Spermatis** eiectio omnis non inducit debilitatem, ac cum sperma est superfluum, confortat. Auic. de animalibus, lib. 10. cap. 1. char. 44. col. 3.
- Sperma** est superfluitas digestionis vltimæ, & albefcit, propter fortitudinem digestionis, & cum fit cum nimio conamine exit sanguinolentum. Auic. de animalibus, lib. 15. cap. 3. char. 60. col. 3.
- Sperma** mouetur ad generandum creaturam, non per causam extrinsecam, sed sua natura propria. Auic. de animalibus, lib. 16. cap. 1. char. 61. col. 1.
- Sperma** non est pars membrorum, sed spiritus principium transeuntis ad membra, & operatur illa. Auic. de animalibus, lib. 16. cap. 1. char. 61. col. 3.
- Sperma** licet habeat virtutem motiuam, nõ tamen operari potest sine extrinsecis, materia conuenienti, & circumstante. Auic. de animalibus, lib. 16. cap. 1. char. 61. colum. 3.
- Sperma** maris aliquando operatur totum, & aliquando pars illius, & sola pars vadit ad matricem si est parua aliquando non operatur. Auic. de animalibus, lib. 16. cap. 1. char. 61. col. 3.
- Sperma** venit a medulla, quia in oculis accidit in coitu, quod profundantur, & sentitur euacuari cerebrum, & a corde, quia in tempore coitus festinat attractio anhelitus. Auic. de animalibus, libro 16. capit. 2. char. 61. colum. 4.
- Spermatis** complexionem caloris sequatur, quia puer non habens ad huc calorem completum, & fenex a quo diminuitur calor faciunt foeminas, vt in pluribus, & medij masculis. Auic. de animalibus, lib. 16. cap. 1. char. 63. col. 1.
- Sperma** est quædam superfluitas cibi non per corruptionem, aut per liquefactionem, & non est superfluitas primæ digestionis, neque secundæ, phlegma, coitum, & cholera sunt huiusmodi, sed est superfluitas vltimæ digestionis. Auic. de animalibus, lib. 16. cap. 2. char. 60. col. 3.
- Spes** est suavis hominibus. Biantis problem. char. 236.
- Spes** moderandi: nam nec nauis vna anchora, nec vitam vna spe niti debet, & pedibus, & votis ea perambulanda sunt, quæ fieri possunt. Epictet. sententiæ, chart. 224.
- Spes** est vigilanti somnus, expectanti dubius euentus.
- Altercat. Hadria. & Epictet. char. 231.
- Spes** est imaginatio alicuius rei cum affirmatione, vel opinione quod erit. Auic. de anima, par. 4. cap. 3. char. 19. colum. 3.
- Speciei** nomen logicum est secundum duas intentiones, vna communior, quam dicunt referri ad genus, & definiunt dicentes, quod sub genere posita est, alia magis propria quam definiunt secundum aliquem respectum, vt species specialissima, sed inter hos duos actus est differentia cum tantum secundum primam intentionem refertur ad genus, sed secundum secundam intentionem non refertur ad ipsum, secundum primam modum intentio speciei non est vt genus, secundum intentionem speciei, iuxta secundum modum constituens illam. Auic. log. par. 1. cap. 7. col. 1.
- Species** specialissima est, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero tantum in quid, quæ limitatio ab Auicenna inuenta fuit. Auic. log. parte prima, char. 7. colum. 3.
- Species** est id de quo prædicatur genus in quid. Auic. log. par. 1. char. 7. col. 4.
- Species** est quæ posita est sub genere, quod intelligendum est quod id quod est superius contentum sit in eius significatione. Auic. logica, parte prima, char. 7. colum. 4.
- Species** tertia prouenit cum multæ naturæ diuersæ conueniunt, vt ex ternario, & binario sit quinquenarius tertia species ab illis. Auic. logica, parte secunda, char. 11. colum. 2.
- Species** est natura prædicata in esse, & in intellectu vtraque similiter, videlicet cum terminatum fuerit esse generis per illa, quæ terminant ipsum erit in effectu, & non erit opus poni, nisi signatum tantum. Auic. metaph. tract. 5. cap. 4. char. 89. col. 1.
- Species** omnis discrepat ab alijs sibi conuenientibus in genere per differentiam, & ipsa differentia est quædam intentio, quæ est, aut communior ex prædicatis, aut contenta sub aliquo, quod est communius ex prædicatis. Auic. metaph. tract. 5. cap. 6. char. 90. col. 2.
- Sphinx** hominibus proponebat quædam ambagibus similia, quæ qui intellexerat manebat incolumis, qui non affecutus erat a sphinge occidebatur, sphinx est hominibus amentia. Cebetis Tabula. char. 44.
- Spiritus**, qui est in corde passionis sunt gaudium, timor, dolor, & ira. Auic. de anima, parte quarta, capit. 5. char. 21. colum. 1.
- Spiritus** qui est in corde, cum fuerit multus, & multa materia, ex qua fit proximus continuitate, & quod temperatæ complexionis in tenuitate, & spissitudine, & lux eius fuerit risplendens, erit aptissimus gaudio. Auic. de anima, parte quarta, capit. 5. char. 21. colum. 2.
- Spiritus** est vehiculum virtutum animalium corporaliū, & est corpus subtile spirituale diffusum in concavitatibus. Auic. de anima, parte quinta, capit. 8. char. 28. colum. 1.
- Spiritus** complexio perficitur in cerebro, qui est aptus ad vehiculum virtutis sensus, & motus ad corpora ad hoc, vt sint apta ad exercendum suas actiones. Auicenna de anima, parte quinta, capit. 8. char. 28. colum. 1.
- Spiritus** est primum quod generatur intela, quæ circumdat semen in matrice, qui spiritus est fundamentum virtutum animalium, & quia radix huius spiritus est id quod cecidit in matricem inuolutum cum spermate, tunc non est remotum in sperma, secundum se totum sit locus primus spiritus, vel quod fit in eo locus propter spiritum, in quo spiritus ipse adunatur, & ab eo postea diuidatur, & locus spiritus erit cor, & erit clausura virtutis informatiæ. Auic. de animalibus, lib. 9. cap. 4. char. 42. col. 3.

Spiritus

- Spiritus** est primum sensibile. Auic. de animalibus, lib. 12. cap. 6. char. 46. col. 3.
- Splen** non est membrum essenziale, quia multa animalia carent eo. Auic. de animalibus, lib. 13. capit. 5. char. 53. colum. 4.
- Stateram** ne tranquillias. Pythagoræ symbola. char. 1979.
- Stellæ** sunt litora gubernatorum. Altercat. Hadria. & Epictet. char. 233.
- Stellæ** & si conueniunt in calefaciendo, & splendendo tamen non sunt igneæ naturæ. Auic. de coelo, & mundo, cap. 13. char. 41. col. 2.
- Stellæ** sunt de natura corporis in quo reuoluuntur, & de natura earum splendor fit. Auic. de coelo, & mundo, cap. 13. char. 41. col. 2.
- Stellæ** non habent motum differentem a coelis, namque mouentur ab Oriente in Occidentem, vt coeli motu veloci, ab Occidente vero in Oriente motu tardo vt coeli. Auic. de coelo, & mundo, cap. 14. char. 41. colum. 3.
- Stellæ** inter se differunt quantitate splendoris. Auic. de coelo, & mundo, cap. 14. char. 41. col. 4.
- Stellarum** lumen ad nos pertingit, coeli vero lumen non peruenit ad nos, ideo a coelo non percipimus calorem, sed a stellis. Auic. de coelo, & mundo, cap. 14. char. 42. colum. 2.
- Sterilitas** oritur cum sperma est multum aquosum, & sperma mulieris non recipit operationem ab illo, sed corrumpitur, cum recedit ab æqualitate, & complexio matricis est mala, aut eius orificium opplatum, aut instrumenta spermatis erunt læsa, aut vt complexionis, aut instrumentalis. Auic. de animalibus, lib. 16. cap. 2. char. 61. col. 4.
- Sterilitas** fit propter complexionem duorum spermatum, & propter matricem, cum mulier est masculina, & non curat luxuriare, & matrix non est conueniens ad recipiendum, & propter virgã hominis cum non emittit sperma recte, aut instrumentum sit arctum, & non potest complere eiectionem, aut magnum, & non inuolui in membrana, & si vir est effeminatus qui facit sperma aquosum, si ponentur in aqua, & supernatant. Auic. de animalibus, lib. 16. cap. 2. char. 61. col. 4.
- Stoica** doctrina innititur fundamento naturæ humanæ, quæ posita est in ratione, & mente, quæque corpore, vt artifex instrumento quopiam vtatur. Simp. in proem. Epictet. char. 4.
- Stomachi** orificium est amplius, & durius in membrana, quam orificium inferius, & est vnus panniculus concuus cooperiens linguam, & os interius ilophagi, & iquat attractionem in concauitate, & maxime in eleuando epiglotim, cum debet transire bolus, & ilophagus est de substantia stomachi, sed non cum intestina sit, sed res continuata cum illa, & stomachus in ascensu est pyramidalis, versus diaphragma ampliat, & rotundus est vt facilius applicetur dorso, & est duarum tunicarum, quarum interior est filorum longorum propter attractionem, & exteriora in circuitu propter expulsionem, & cum illa immiscetur quædam fila, quæ iuuant retentionem, & fundus, & carnosus, vt sit calidum, & orificium neruofum, vt sit sentiens, & decoquit calore naturali, & calore exteriorum, vt epate, & splene, epate in dextro, & in alto splen in imo, & sinistro, & additur zirbus, qui est seposus, vt foueat calorem quem retinet propter suam viscositatem grossam, & super zirbum est membrana, & post mirach, & post muscoli ventris, & ligamenta, & sepum, & a posteriori dorsum: mirach iuuat ad eiciendum sterus, & vesicam ad eiciendum vrinam, & ventositates grossas intestinorum, & ad eiciendam creaturam. Auic. de animalibus, lib. 13. cap. 15. char. 52. colum. 1.

- Stramentis** surgens collige ipsa figuramque confundit. Pythagoræ symbola. char. 1979.
- Stramenta** confunde cum è lecto surgis, id est è lecto surgens, quasi dicat e somno mortales huius vitæ erigentes ad diem lucem, hoc est, ad coelestium diuinarumque rerum contemplationem, stragula complicato, id est, corporeos sensus deserito. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola. char. 139.
- Stragula** semper conuoluta sunt habenda, alij ad verecundiam referunt, at melius alij nos admonere putant, vt semper parati simus, tanquam peregre abitur, ne si ab hac mortalitate sit migrandum nos imparatos mors offendat. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola. char. 14.
- Studio** digna sunt, quæ & rite confici possunt: nam qui in rebus irritis laborat desipit, & si qua aliquod operepretium, & constantiam habent. Simplic. in Epictet. char. 80.
- Stultus** dicitur qui facit aliquid nullo proposito fine. Auic. metaph. tract. 8. cap. 3. char. 98. col. 4.
- Suausissimum** est voti fieri compos. Thaletis problemat. char. 234.
- Subiectum**, & id in quo aliquid est differunt, quia subiectum intelligitur id, quod cum est in sua specialitate existens per se, & deinde fit occasio existendi aliud in se, non vt pars eius, id vero in quo aliquid est, est id in quo cum aliquid aduenit fit per illud alij cuius dispositionis, cuius non erat, & potest vocari materia subiecta. Auic. metaphysic. tract. 2. cap. 1. char. 75. colum. 1.
- Substantiales** proprietates ex intelligibilibus intentionibus debent necessarie intelligi ad subiectum hoc modo, esse enim non intelligitur in intellectu, nisi præcedat prius eorum intellectus: accidentia vero intelligere non est prius, quam intelligere ipsum esse, nec esse constituent, sed ipsum concomitantur, & consequuntur. Auic. log. par. 1. char. 4. col. 3.
- Substantiale** verbum, aut est aptum significare esse aliquo modo, aut non est aptum, & quod significat, aut quod significat esse multorum, quæ non differunt substantialiter, aut significat esse multorum, quorum essentia differunt substantialiter: primus modus differt a secundo, quia significat esse collectionis. Auic. log. par. 1. char. 5. col. 3.
- Substantiale** ratione diuersorum potest esse substantiale. Auic. log. par. 1. char. 5. col. 4.
- Substantiale** esse vniuersale, aut significat minus commune, & vocatur species, aut notat quale esse, & vocatur differentia, sic vniuersale esse accidentale, aut est proprium, & vocatur proprietas, aut in ipso multa conueniunt, & vocatur accidens commune. Auic. log. par. 1. char. 6. col. 1.
- Substantia** esse, vt est substantia non pendet a materia. Auic. metaph. tract. 1. cap. 2. char. 70. col. 3.
- Substantia** constituit esse accidentibus, nec constituitur ab accidente, igitur substantia præcedit accidens in esse. Auic. metaphysic. tractat. 2. capit. 1. char. 74. colum. 4.
- Substantia** omnis, aut est corpus, aut non corpus, si non corpus, aut est pars corporis, vel non, sed separatum a corpore, si pars corporis, aut est forma, aut materia, si fuerit separatum a corpore, aut habet aliquo modo ligationem cum corporibus propter motum, quo mouet illa, & vocatur anima, vel erit separatum omnimodo a materijs, & vocatur intelligentia. Auic. metaphysic. tractat. 2. capit. 1. char. 75. colum. 1.
- Substantia** accidit accidens, & constituitur per eam, accidenti vero non accidit substantia, sic vt ipsa constituitur in illo. Auic. metaphysic. tract. 3. cap. 3. char. 79. colum. 2.

H 3

Substantia

Substantia est cui prius datur sua distinctio, & vere, cætera non distinctur, nisi per substantiam. Auic. metaph. tract. 5. cap. 5. char. 89. col. 4.

Sufficiens est id cui est vere beatum aliquid, per quod est acquisitum ei complementum sui in se ipso. Auic. metaph. tract. 4. cap. 3. char. 86. col. 2.

Supercilia data sunt propter defensionem oculorum a puluere, si sunt secundum lineam rectam significant foeminum, si descendunt per incuruationem a parte nasi significat acutum, & quando incuruantur ad lachrymale siluestre significat ioculatorem, & lachrymale domesticum parum significat astutum, & si ibi habet multam carnem est malus, & astutus, & quando habet supercilia dependentia est inuidus oculi mediocres bonum, & purum in icante, est in se ad anteriorem stultum profundum subtilem oculos tenens diu apertos inuerecundum, tremulos, leuem. Auic. de animal. lib. 1. char. 29. col. 4.

Super modum ne sedas. Pythag. symb. char. 1979.

Syllogismi hypothetici partim sunt disiuncti, partim complexi, disiuncti cum est alterum, alterum esse non potest, & cum alterum non est, est alterum, ut aut dies est, aut nox est, at qui nox est, ergo dies non est, sic cum alterum statuitur, alterum tollitur, alterius negatione, alterum affirmatur, ut at qui dies non est ergo nox, & illud est disiunctum, in quo particula hæc, aut posita est, copulatum est cum duobus ita complexis, ut alterum antecedat, alterum subsequatur affirmationem antecedentis sequatur consequens, & negatione consequentis tollitur antecedens, ut si dies est, nox non est, at qui nox est, non ergo dies. Simp. in Epiet. char. 193.

Symbolum plura significat: nam & collatio illa est, qua plures in vnum quid conferunt ad celebranda conuiuia, significat etiam ipsum interdu conuiuium, dicitur etiam signum, quod vel epistolis, vel vasis imprimitur, ne resignentur a quibus non oportet, significat & bellicum signum, & tessaram, quo in bello uti consueuimus, aliquando indicium, quo aliquid cognoscimus, & anulum nuptiarum, numisma ut sit indicium principis, vel ciuitatis, & ethymologiam, seu argumentum, & vaticinium, & augurium: ita ut Græci ita distincti, ut sit quo aliquid coniectamus, & cognoscimus. Lil. Greg. Gyr. in præfat. Pythag. symb. char. 81.

Symbolum positione sit, τεμνριον naturale est, & in hoc differunt. Lil. Greg. Gyr. in præfat. Pythag. symb. char. 82.

Symbolorum proprium est ut meandris obscurisque sententiarum inuolucris inuoluantur, ut cum grauitate, & breuitate quadam plurimum sensus sub his intelligatur. Lil. Greg. Gyr. in præfat. Pythag. symb. char. 83.

Symbolorum pleraque prouerbiorum naturam habent. Lil. Greg. Gyr. in præfat. Pythag. symb. char. 84.

T



ACTVS est vis ordinata in neruis cutis totius corporis, & eius carnis ad apprehendendum id, quod tangit illum, & afficit contrarietate permutante complexionem, & affectionem corporis. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 5. col. 1.

Tactus est primus sensuum, propter quæ animal est animal. Auic. de anima, par. 2. cap. 3. char. 7. col. 4.

Tactus differt ab alijs sensibus, quia aliorum sensuum quidam sunt, qui non habent nec voluptatem, nec dolorem, & quidam dolent, & delectantur, mediantibus alijs sensibus. Auic. de anima, par. 2. cap. 3. char. 8. c. 1.

Tactus habet instrumentum naturale, quod est caro neruosa, ex quo sentit, aut caro, & neruus sentit ex tactu, quamuis non sit ibi medium aliquo modo. Auic. de anima, par. 2. cap. 3. char. 8. col. 2.

Tactus sensus conseruat corpus ab accidentibus, quæ multum nocerent, si consisterent in aliquo membro, cui accideret, ideo oportet, ut totum corpus poneretur sentiens per tactum. Auic. de anima, par. 2. cap. 3. char. 8. col. 2.

Tactus excellentior est in homine, quia complexio eius est vicinior æqualitati. Auic. de anima, par. 2. cap. 3. char. 8. col. 3.

Tactus apprehendit magnitudinem, numerum, figuram, situm, motum, & quietem, mediante duritie, & molitie, in plerisque fit aliquando mediante calore, & frigiditate. Auic. de anima, par. 3. cap. 8. char. 17. col. 2.

Tactus fit a neruis cerebri, & mensuris diffusis per totum corpus, & plures nerui ad sentiendum nascuntur a prima parte cerebri. Auic. de anima, par. 5. cap. 8. char. 28. col. 3.

Tanguntur calor, & frigiditas, humiditas, siccitas, asperitas, lenitas, grauitas, leuitas, & durities, & mollities, viscositas, & solubilitas supradictas subsequuntur, sed præter has sentiuntur solutio continui, & voluptates. Auic. de anima, par. 2. cap. 3. char. 7. col. 4.

Teiplum maxime omnium verere. Pythagoræ aurea verba. char. 1978.

Temperantia in homine octo fit modis, aut secundum speciem, ut homo est temperatus respectu equi, & ita dicitur temperatus non in collatione sui modi, sed ad alterum modum in illa specie, ut foemina respectu maris, aut secundum collationem ad suum modum, ut foemina respectu foeminarum, aut in vno modo respectu alterius in eodem modo, & in eadem specie, & dicitur temperatus respectu sui secundum diuersum tempus. Auic. de animalibus, libro 12. cap. 1. char. 45. col. 1.

Templum ex itinere præter propositum non est ingrediendum, id est non licet rebus prophanis sacra commiscere. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 156.

Templa ingredienda per dexteram, per sinistram egrediendum, dextera ut imparis numeri, sinistra paris. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. char. 174.

Tempus est sapientissimum inuenit enim omnia. Thales problem. char. 234.

Tempus non percipit, qui non percipit motum, homini enim infirmo, vel dolenti elongatur tempus voluptuoso vero abbreviatur. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 10. char. 33. col. 2.

Tempus vnaquæque pars tempus est. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 10. char. 33. col. 3.

Tempus est numerus motus, cum alicuius fuerit motus per prius, & posterius non tempore, sed transitu, & est etiam quod per se ipsum est mensura omnis eius, quod ex se ipso habet prius, & posterius, & cuius posterius non est cum priore ipso. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 11. char. 34. col. 1.

Tempus habet esse in materia mediante motu: nam si non esset motus, & mutatio non esset tempus, non enim esset ante, & post: ergo tempus non habet esse, nisi fuerit renouatio dispositionis in qua oportet, ut semper eat. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 11. char. 34. col. 2.

Tempus non habet esse in actu in instanti comparatione sui, sed in potentia propinqua effectu, hoc est quod contingit, ut in tempore fiat instans semper, aut actu alicuius ponentis, aut ut motus perueniat ad ipsum, & faciat illud distinctionem communem inuisibilem, ut principium ascendendi in Oriente, & descendendi in Occidente, aut aliud simile. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 12. char. 34. col. 3.

Tempus mensurat motum, quia facit eum habere mensuram,

furam, & quia sua quantitate ostendit quantitatem suam mensuram. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 12. char. 35. col. 2.

Tempus numeratur a motu, quia facit numerum temporis, quo est prius, & posterius, ut & motus a tempore numeratur, cum sit numerus motus. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 12. char. 35. col. 2.

Tempus fit ab instanti cum procedit in cursu in prioritate, & posterioritate motus, alioqui si non esset instans non numeraretur tempus. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 12. char. 35. col. 2.

Tempus numeratur etiam a priori, & posteriori, ut sunt eius partes, & acquirunt partem propter esse instantis, & postquam ante, & post sunt temporis partes, & omnis pars potest diuidi, ut lineæ partes, tunc vnitas magis conuenit instanti, & numerare magis conuenit vnitati: nam instans numerat, ut & punctum, & non diuiditur. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 12. char. 35. col. 2.

Tempus inesse debilius est quam motus, quia & si tempus non sit relatiuum, relatio tamen concomitatur illud, sed falsum est dicere ipsum nullo modo habere esse. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 13. char. 35. col. 3.

Tempus non habere esse, aut dicitur quod non habeat esse in instanti absolute, aut quod non sit in instanti, quod modo est: nos concedimus quod tempus non habet esse hoc modo, nisi in animo, & in intellectu, sed esse absolute, quod est oppositum ad non esse absolute, hoc est verum esse, quod si hoc esse non fuerit verum, eius negatio erit vera. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 13. char. 35. col. 3.

Temporis continuationis motus causa est continuatio motus, ut est continuatio motus, & hoc non est, nisi continuatio spatij collata motui, ita ut non sit ibi quies, & hæc continuatio non est causa, qua tempus sit continuum, sed est causa vnitatis temporis. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 13. char. 36. col. 1.

Temporis causam ponimus continuationem spatij non absolute, sed ut est motui, & per illam motus est continuus, tempus enim est res accidentaliter motui, & res quæ concomitatur motum, & mensuratur per ipsum. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 13. char. 36. col. 1.

Tempus est accidens, & pendet ex motu. Auic. metaph. tract. 3. cap. 4. char. 80. col. 1.

Tentationum dolores viles sunt nobis, siue volentibus, siue inuitis. Arr. Epiet. lib. 3. cap. 25. char. 348.

Ternarius in quantum habet principium, medium, & finem, perfectus est. Auic. metaphysic. tract. 4. cap. 3. char. 86. col. 2.

Terra est horreum Cereris, cellarium vitæ. Alterc. Had. & Epiet. char. 233.

Terra tangenda est cum tonat, id est memores esse oportet nostræ originis, & mortalitatis, sed cum superiore arguit, illi te subijce, & humilem præbe. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 157.

Terra est frigida, & sicca, quia elongatur a calore, & frigiditas dominatur in ea in vltimo constrictionis. Auic. de cælo, & mundo, cap. 16. char. 42. col. 4.

Terra est in medio mundi quæta, & circum ipsam voluitur cælum. Auic. de cælo, & mundo, capit. 16. char. 42. col. 4.

Testiculi creati fuerunt pendentes, ut melioraretur ordo vasorum spermatis, quoniam illa vasa creata fuerunt tortuosa, ut materia spermatis retardaretur propter digestionem, & iuuant ad æqualitatem eiectionis, ne nimium festinet, & in eis completur sperma, & omne animal carens crure caret virga, & testiculis. Auic. de animalibus, libro 15. capit. 1. char. 59. col. 4.

Theatra frequentare non est necesse, sed si quando tempus tulerit, te nulli nisi tibi ipsi studere appareat, id est ea duntaxat fieri velis, quæ fiunt, & cum solum vincere, qui vincit, clamore, irrisione, longiore com-

motione abstineto, & post discessum ne multum de ijs, quæ ibi acciderunt disputa, cum nihil ad tui correctionem faciant. Epiet. char. 184.

Timemus eos, qui nobis nocent, aut commoda nostra interuertunt. Simp. in Epiet. char. 28.

Timor est oppositus spei, ad modum contradictionis. Auic. de anima, par. 4. cap. 3. char. 19. col. 3.

Timor est passio per quam aliquis putat aliquid futurum sibi nociturum. Auic. de anima, parte 5. capit. 1. char. 22. col. 3.

Totum separatur a quocunque eo a quo separantur ea ex quibus aliquid componitur. Auic. de anima, par. 5. cap. 2. char. 23. col. 2.

Totum numeratur partibus suis, & vnaquæque partium est de essentia eius, vniuersale non numeratur partibus suis, nec partes sunt de essentia eius. Auic. metaph. tract. 5. cap. 2. char. 87. col. 4.

Totum ex hoc quod est totum non est, nisi in his rebus. Auic. metaph. tract. 5. cap. 2. char. 87. col. 4.

Totius natura non constituit partes, quæ sunt in illo, sed ipsum constituitur ex illis, natura vero vniuersalis constituit partes, quæ sunt in illo. Auic. metaph. tract. 5. cap. 2. char. 87. col. 4.

Totum non est totum vnicuique parti per se, vniuersale vero etiam si esset prædicaretur tamē de omni particulari, & eius partes, & omnes sunt finitæ; totius autem infinite sunt, & totum requirit, ut omnes partes sunt præsentis. Auic. metaphysic. tract. 5. cap. 2. char. 87. col. 4.

Trachea ducit aerem ad cor, & pulmonem, & caput eius est epiglottis, & sunt instrumenta inspirationis. Auic. de animalibus, lib. 13. cap. 1. char. 50. col. 4.

Tragedia nil aliud est, quam perturbationes hominum externas res admirantium, tali versuum genere demonstrata. Arr. Epiet. lib. 1. cap. 4. char. 22.

Transitus est stans in vnoquoque instanti illius temporis creatis cum eo. Auic. sufficient. lib. 2. cap. 1. char. 23. col. 3.

Tristitiam, & iracundiam pertinaciam animæ parit sanguis grossus, turbidus, distemperatus in calore. Auic. de anima, par. 4. cap. 6. char. 22. col. 1.

Trinitas perfectissima est inter cætera colenda. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 163.

Trutina iustior prouerbum est, quod de probissimis viris dicitur. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 86.

Tuba, quid est? belli incitamen, castris signum, arenæ admonitio, scenæ commissio, funeris deploratio. Alterc. Had. & Epiet. char. 232.

Turpe nihil committas, nec coram alijs, neque tecum. Pythag. aurea verba. char. 1978.

Turpe quod est semper fugiendum est, nec vnquam circumstantijs eligendum est. Hieroc. char. 55.

V



ACCA viuit vsque ad quindecim annos, gerunt ventrem per nouem menses, & aliquando decem, & qui prius nascitur est debilius, & vtilior partus est quinque annorum: pascua, & quies, auget vaccæ vitam, cum parit vber eius est lacte plenum, quia statim natus filius lactat. Auic. de animalibus, lib. 7. cap. 1. char. 36. col. 2.

Vaccæ impinguntur ex omni re ventosa, sicut orobofabis, & ordeo, & earum cornua si inunguntur cera molli reddunt mollia, & cum oleo, aut pice, aut medulla cornua aufertur ab eis dolor, qui accedit pedibus ex itinere, & quando rescinditur ab eis luxuria, crescunt multum, appetunt potum aquæ claræ. Auic. cent.

cen. de animalibus, libro 8. capit. 1. char. 36. colum. 4.
Vates consulendi in his rebus, quorum exitus nobis incerti sunt ante rem peractam. Epict. char. 167.
Vates non sunt percunctandi de ijs, quæ ratio præscribit, & constat, quid agendum. Epict. char. 167.
Vate non est opus in his, quæ in nostra potestate sunt, & in ijs, quæ non sunt in nostra potestate, ea nec appetenda, nec declinanda sunt, ergo ad vatem, nec appetitionem, nec declinationem afferendam esse constat. Epict. char. 167.
Vena duæ nascuntur ab epate, vna à parte sîma, quæ attrahit, & defert nutrimentum, alia a gibbo, & est vena concaua, quæ defert nutrimentum ad membra. Auic. de animalib. lib. 13. cap. 7. char. 52. col. 4.
Venera ante nuptias fugienda, si attigeris ea legitime utendum, neque tamen iniustus sis ijs, qui illa vtuntur, nec eos arguas, neque passim iactes te illa non vti. Epict. char. 180.
Venera res, & cibus quamuis naturalis, & violentus, si recte assuefiat sine vi acquiescit. Simpl. in Epict. char. 181.
Ventis flantibus æquora adora. Pythagoræ symbola. char. 1979.
Venus cur nuda pingitur? Nuda Venus picta est, nudi pinguntur Amores; Quis hæc nudæ placent nudos dimittat oportet. Altercat. Hadr. & Epict. char. 233.
Venus Vulcano nupta est, quia Amor ardore incenditur. Alter. Hadr. & Epict. char. 233.
Venus straba est, quia prauus amor. Altercat. Hadr. & Epict. char. 233.
Verbis mitibus cede, & operibus vtilibus. Pythagoræ aurea verba. char. 1978.
Verbum, aut est complexum, aut incomplexum, complexum autem est in quo inuenitur pars significatiua intellectus, qui est pars intellectus significatiua tota significatione essentiali, vt homo scriptor, incomplexum est cuius pars non significat partem intellectus totius significatione essentiali, vt hoc verbum homo. Auic. log. par. 1. char. 3. col. 2.
Verbi incomplexi pars, vt actus pars est eius verbi nihil significat, at in potentia forte aliquid significare poterit. Auic. log. par. 1. char. 3. col. 3.
Verbum est, aut complexum, aut incomplexum, & incomplexum, aut particulare, aut vniuersale, & tractatio de incomplexis præcedere debet tractationem complexorum: & animus occupari non debet circa tractationem horum verborum singularium, quia infinita sunt, & si essent finita, vt particularia non inferuissent sapientiæ, sed circa voces vniuersales versatur hic liber. Auic. log. par. 1. char. 3. col. 4.
Verbum essentialis est quo respondeatur ad quid, quod vero significat proprietatem, est accidentale. Auic. log. par. 1. char. 4. col. 1.
Verbum vniuersale incomplexum aliud est substantiale, quod significat esse, & aliud est substantiale quod non significat esse, & aliud est accidentale. Auic. log. par. 1. char. 4. col. 2.
Verecundia est passio cum homo percipit alium fecisse aliquid ex his, quæ illicitum est facere. Auic. de anima, par. 5. cap. 1. char. 22. col. 3.
Veritas cuiusque rei est proprietas sui esse, quod ei stabilitum est, & dicitur veritas cuius esse est certa scientia. Auic. metaph. tract. 8. cap. 6. char. 100. col. 1.
Veritati cedendo præstat vincere opinionem, quam opinioni cedendo vinci a veritate, quare cum opinione non danda est opera, vt quouis modo vincas: nam ea inuenta, id consequeris, ne vincaris ad veritas ipsa penes sese vincit, penes alios opinio. Epict. sentent. char. 222.
Vesicam quæ non habent vrina transit in stercus. Auic. de animalib. lib. 14. cap. 1. char. 54. col. 2.

Vespilo est quem multi deuitant, & nemo fugit. Altercat. Hadr. & Epict. char. 232.
Vestitus mundus esse debet, non luxuriosus. Simpl. in Epict. char. 178.
Vias populares fuge, per diuerticula vade. Pythagoræ symbola. char. 1979.
Victoria est belli discordia, pacis amor. Altercat. Hadr. & Epict. char. 233.
Videre non est ex permutatione aeris secundum dispositionem, quæ adiuvat visum aliquo modo. Auic. de anima, par. 3. cap. 5. char. 13. col. 1.
Videntur res maiores cum tunicae vix foramen angustiat, cum dilatatur minor videtur. Auic. de anima, par. 3. cap. 8. char. 17. col. 1.
Vigilia est dispositio in qua anima imperat sensibus, & virtutibus mouentibus exterius voluntarie, cui non est necesse. Auic. de anima, par. 4. cap. 2. ch. 19. col. 1.
Viro, qui pondus eleuat, auxiliare, non tamen cum eo deponas, qui deponit. Pythagoræ symbola. ch. 1979.
Viro qui pondus eleuat, auxiliare, non tamen cum eo deponas, sic interpretantur ad virtutem tendentis præcepta in dies augenda esse, otio se dedentes relinquendos, nec cum his communicandum: potest & in eos dici, qui pridem aliquod sanctioris vitæ institutum professi ad laxiorem demum se viuendi normam transulerunt; vel ad virtutes, & labores cooperandum non ad ignauiam. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola. char. 90.
Virtute præstantior ex hominibus sit tibi amicus. Pythagoræ aurea verba. char. 1978.
Virtuti, & veritati idem seruire non potest. Epict. cap. 4. char. 2.
Virtus potior diuitijs, nam pecunijs augetur improbitas. Epict. sent. char. 227.
Virtutis effectus est prosperitas, hominis munus est in appetitione, & aspersione, vt nunquam voto frustretur, nec in contraria incidat, in persequendo, & fugiendo, vt sit extra peccatum, in assentiendo, & sustinendo assensu ne fallatur. Arrian. Epict. libro 1. cap. 4. char. 20.
Virtutem ciuilibus philosophia gignit. Hieroc. char. 14.
Veritate nil maius inesse putare debet homo in rebus humanis, ita si iuremus, ac si non iuremus. Hieroc. char. 30.
Virtutis normam, qui seruire student fieri non potest, vt cum illis conueniant, qui a virtute aberrant. Hieroc. char. 40.
Virtutum finis est amicitia, principium est religio. Hieroc. char. 49.
Virtutum omnium principium, & ortus est prudentia, finis, & perfectio iustitia: in medio consistunt fortitudo, & continentia. Hieroc. char. 58.
Virtutes ab intellectu ad animum nostrum traducte resplendent, & huius propria sunt species, & perfectio, & bene viuendi causa, ad eas vero partes, quæ ratione carent, vt mortale corpus participatio aliqua virtutum pertransit, vt ea, quæ rationabili essentia in parta sunt, pulchritudine impleantur, & mensura. Hieroc. char. 59.
Veritatem æquo animo acquirere posse impossibile videtur, nisi affectiones quæ sine ratione sunt, per morales virtutes iubente intellectu coordinaremus. Hieroc. char. 135.
Virtus summa est prouidentia: leges imitari, per quas omnia secundum propriam vim conuenienti sibi bono adiungitur, & consistere in terminis ab opifice Deo statutis, quibus omnia per speciem discreta sunt. Hieroc. char. 192.
Virtutis vnius diuersæ sunt actiones secundum diuersa receptacula. Auic. de anima, parte 1. capit. 4. char. 4. colum. 4.

Virtutes

Virtutes apprehendentes impelluntur naturaliter ad suum comprehensibile, quasi delectentur in illo. Auic. de anima, par. 3. cap. 8. char. 16. col. 3.
Virtutum habitus fit ex frequentatione suarum actionum. Auic. de anima, par. 4. cap. 5. char. 21. col. 3.
Virtutes apprehendentes per instrumentum ex perseverantia operis fatigantur. Auic. de anima, par. 5. cap. 2. char. 23. col. 3.
Virtutes corporis debilitantur in fine ætatis iuuenilis, quæ est circiter annos quadraginta, at virtus intelligibilis non corroboratur plerumque, nisi post annos quadraginta. Auic. de anima, par. 5. cap. 2. char. 23. c. 4.
Virtus aliqua non est impossibile, vt eius principium sit in vno membro a quo eat ad aliud in quo illa virtus perficiatur, deinde redeat ad primum membrum. Auic. de anima, par. 5. cap. 8. char. 28. col. 2.
Vis aliquando erit principium actionis in effectu, aliquando non. Auic. de anima, par. 1. cap. 4. char. 4. col. 3.
Vis resistendum Deum adiutorem inuocandum, explorare si visa bona: nam ingens est certamen, diuinum facinus, regnum agitur, libertas agitur, vacuitas perturbationem agitur si semel victus dicis post vincam, scito te ita male habiturum, vt nescias te peccare. Arr. Epict. lib. 2. cap. 18. char. 193.
Visus est vis ordinata in neruo optico ad apprehendendam formam eius, quod formatur in humore crystallino ex similitudinibus corporum habentium colorem, quæ eueniunt per corpora radiosa in effectu ad superficies corporum terforum. Auic. de anima, par. 1. cap. 5. char. 4. col. 4.
Visus cum apprehendit formam, quia non abstrahit formam abstractione vera a materia, sed est necessarium materiam adesse ad hoc, vt forma hæc apprehendatur in illa. Auic. de anima, par. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.
Visus sensus non delectatur, nec dolet, sed anima est, quæ delectatur intus, vel dolet, & sic auditus, olfactus gustus dolent, & delectantur cum afficiuntur conuenienti qualitate, aut inconuenienti: tactus aliquando dolet propter qualitatem tactiuam, aut delectatur: aliquando dolet, & delectatur, non mediante alia qualitate, quæ sit primum sensatum, sed propter solutionem continuitatis, & propter suam continuitatem. Auic. de anima, par. 2. cap. 3. char. 8. col. 1.
Visus si tangeretur a re visua non videret. Auic. de anima, par. 2. cap. 4. char. 8. col. 3.
Visibile ex sua essentia prohibet videri id, quod post se est. Auic. de anima, par. 3. cap. 3. char. 11. col. 2.
Visuus spiritus existit in neruo optico cœcauo, qui clauso vno oculo interdum vadit ad alterum, quia concauitas est eis communis. Auic. de anima, par. 3. cap. 7. char. 15. colum. 3.
Visibilis virtus est extra sensum communem, quamuis emanet ab eo, id est videt, & non audit, nec olfacit. Auic. de anima, par. 3. cap. 8. char. 16. col. 2.
Visus videt visibilia circumferri, cum spiritus, qui est in anteriori parte ventriculi cerebri mouetur circulariter, & virtus visibilis reddiderit illic formam sensatam, propter spiritum qui est receptibilis eius virtutis; non quiescit in loco suo, sed mouetur, & succedit alia pars, quæ recipit eam formam post receptionem illius antequam deleatur de illa, & fit circulariter quod circumfertur, non est nisi visum, quod variatur circa id quod videtur. Auic. de anima, parte 3. capit. 8. char. 16. colum. 2.
Visus apprehendit magnitudinem, & numerum, & figuram, & situm, & motum, & quietem; mediante colore, & videtur, quod apprehensio motus, & quietis percipiatur virtute alia, præter sensum. Auic. de anima, par. 3. cap. 8. char. 17. col. 1.
Visus percipitur humore crystallino, qui est vt aqua lym-pida, quæ recipit formas visibiles, & reddit eas spiritui

visibili, & fit perfectio videndi in contactu neruorum concauorum. Auic. de anima, parte quinta, cap. 8. char. 28. colum. 2.
Visus exigit humiditatem aquosam, claram, quæ recipiat impressionem, & suum instrumentum esse debet substantia crystallina. Auic. de animalib. lib. 12. cap. 11. char. 49. col. 1.
Visus acumen, aut secundum assertionem rei a remotis, aut secundum fortitudinem discretionis rei visæ. Auic. de animalib. lib. 19. cap. 1. char. 63. col. 4.
Vita quæ a fortuna pendet torrenti flumini similis est, turbulenta cœnosa imperua tumultuosa non diuturna. Epict. sent. char. 219.
Vita beata differt a luxuriosa: nam illa modesta, sua forte animo contenta, bona consuetudine, temperantia frugalitate paratur, hæc intemperantia delitij, perturbatione ordinis in modestia, finis illius vera laudatio, huius vituperatio. Epict. sent. char. 220.
Viueret beatè qui cupit non capet laudem è luxu: modus sit cibi, & potus, appetitus sit voluptas, prandia, & cœnæ non sint petulantes, neque seueræ; sed hilares, & frugales. Epict. sent. char. 221.
Vitam tranquillam si cupis operam dato, vt contubernales tui omnes sint boni, erunt boni si eos institueris alios volentes, alios inuitos, ac postea subactos dimiseris: nam cum ijs, qui fugerint, & improbitas fugiet, & vitium, cum ijs, qui tecum transierint, vna remanebit, & bonitas, & libertas, præstat cum vno libero securum esse, & liberum, quam cum multis seruire. Epict. sent. char. 223.
Vitæ longiori, & deteriori, breuior, & melior omnibus vtiq; modis præferenda est. Epict. sent. char. 227.
Vita est quæ alij placet, alij displicet. Altercat. Hadr. & Epict. char. 232.
Vita optima est breuissima. Alter. Hadr. & Epict. ch. 232.
Vita est ex rebus indifferentibus, at vitæ vsus non est indifferens. Arr. Epict. lib. 2. cap. 5. char. 132.
Vitam sine inuidia pertransiemus sorditatem fugientes, & delicias, & stultam superbiam, ex quibus duo mala nascuntur erogatio pecuniarum importuna, & reuentio: quarum illud pro superbia vituperatur, hoc pro auaritia. Hieroc. char. 126.
Vita est corpus quoddam splendidum sine materia, quod vitam hanc materialem gignat, per quam nostrum mortale animal completur compositum, & vita rationali, & corpore materiali, quod imago quædam est hominis constituti ex rationali existentia, & corpore splendido, & sine materia. Hieroc. char. 179.
Vitæ longioris est animal sanguineum, & est elephās, & post hunc homo. Auic. de animalib. lib. 18. cap. 9. char. 63. colum. 3.
**Vita creata prima est motio proueniens ex duabus diuersis viribus, & est proueniens ex apprehensione, & motione actiue virtutis desideratiue, ita vt passio, & actio desideratiua redeant supra essentiam eandem, quia cum apprehensione intelligentiæ committitur voluntas, tunc ipsa intelligeret Deum, & rerum causas, & moueretur circa ipsam, & mouet seipsam, vt incipiat esse in tempore bonitas quam intuit. Auic. de intellig. cap. 4. char. 66. col. 3.
Vita prima non dat vitam eis, quæ viuunt sub ea, nisi per modum formæ, quoniam processio formarum est, cum id quod fuerit apprehensum, & desideratum, sequitur motus actionem virtutis desideratiue, & perficitur vita. Auic. de intellig. cap. 4. char. 66. col. 4.
Vitis tres vvas gignit, voluptatis, ebrietatis, & molestiæ. Anacharsidis problem. char. 237.
Vitiorum plura sunt genera, quod rationi aduersatur est imprudentia, animositati timor, cupiditati pecuniarum, & voluptatis affectio, & omnibus animi passionibus iniustitia. Hieroc. char. 58.**

Vitia

Vita nostra calamitatem concipiunt, ac Dei iudicium prauitatem punit, quibus opportune iterum mundamur, si diuina virtute, & lege nostræque voluntatis impetu ad bonum proficiscentes a malis absoluitur. Hieroc. char. 88.

Vitium corporis habitum corrumpit, multo enim facilius labimur potu, quam cibo. Hieroc. char. 117.

Vitia ex nostra voluntate nascuntur. Hieroc. char. 165.

Viucmus optime, & iustissime, si ea ipsi non fecerimus, quæ in alijs reprehendimus. Thaletis problem. char. 234.

Viuentibus male viuere non est malum, & vt viuentibus bene non est bonum: sic de morte, & de fortunæ bonis, sed qui recte eis vti sciet bene viuere, sin male, male viuere. Cebetis Tabula. char. 65.

Vngues facti sunt per quatuor iuuamenta, vt confirmet extremitates digitorum, ne lædantur, & debilitentur in comprehensione, & vt digitus per ipsos possit colligere res minutas, & ob scalpationem, & vt sint arma. Auic. de animalib. lib. 14. cap. 2. char. 55. col. 2.

Vngues, & venæ sunt materiæ terrenæ, & in eis est humiditas aliquantum vntuosa, & non liquefcunt, sed albescunt. Auic. de animalib. lib. 16. cap. 2. ch. 61. col. 4.

Vnguim, & crinium præsegmina vrina non inspersionda, idest rerum externarum curam non esse negligendam. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 134.

Vnitas aliquo modo est initium quantitatis, quod sit initium numeri patet, continui autem similiter, quia continuationi aliqua vnitas est causa formalis; mensura enim non est mensura, nisi in quantum mensuratur, sed esse eius, vt mensuratur, non est nisi vt numeratur, & esse eius vt numeratur est esse eius, vt habet vnitatem. Auic. metaph. tract. 3. cap. 1. char. 78. col. 2.

Vnitas non est illius naturæ, vt separetur a substantia in qua est. Auic. metaph. tract. 3. cap. 3. char. 79. col. 2.

Vnitas vel dicitur de accidentibus, vel de substantia. Auic. metaph. tract. 3. cap. 3. char. 79. col. 1.

Vnitas non intrat definitionem substantiæ, vel accidentis, sed fortasse est concomitans eam. Auic. metaphysic. tract. 3. cap. 3. char. 79. col. 3.

Vnitas cum sit accidens, tunc numerus, qui accidens est prouenit ab vnitate. Auic. metaph. tract. 3. cap. 3. char. 79. col. 3.

Vnitas vt mensura opponitur multitudini, vt est mensurata. Auic. metaph. tract. 3. cap. 6. char. 81. col. 2.

Vnitati propria sunt identitas homogœna conuenientia, & æqualitas, & similitudo. Auic. metaph. tract. 7. cap. 1. char. 95. col. 3.

Vniuersalia dicuntur nec generari, nec corrumpi duobus modis, primo quia non fuit hora in mundo prima in qua habuit esse primum singulare, aut prima singularia in qua non prædicantur de illis aliquod vniuersale, & fuit hora ante illud in qua nullum illorum habuit esse, & in corruptione contrarium: secundo, vt considerentur quid sunt: nam quod homo generetur, vel corrumpatur non est intellectus, quod homo sit homo, sed quodam quod hominem concomitatur, & non est de eius substantia. Auic. sufficient. lib. 1. cap. 3. char. 15. col. 4.

Vniuersale est id quod intellectu non est impossibile prædicari de multis. Auic. metaphysic. tract. 5. capit. 1. char. 86. col. 3.

Vniuersale tribus dicitur modis, vt prædicatur primo de multis, vt homo; secundo intentio quæ possibile est prædicari de multis, & si nullum illorum habeat esse in effectu, tertio quod nihil prohibet opinari, quin prædicetur de multis, quod tamen ei aliquod prohibet, vt Sol, & Luna. Auic. metaphysic. tract. 5. cap. 1. char. 86. col. 3.

Vniuersalitas non accidit naturæ alicui, nisi cum ceciderit in formatione intelligibili. Auic. metaph. tract. 5. cap. 2. char. 87. col. 3.

Vniuersale non habet esse per se solum in sensibilibus. Auic. metaph. tract. 5. cap. 2. char. 87. col. 3.

Vniuersale, vt vniuersale non est nisi in formatione. Auic. metaph. tract. 5. cap. 2. char. 87. col. 4.

Vnum secundum essentiam aliud est vnum genere, aliud vnum specie, & hoc idem est vnum differentia, & aliud est vnum comparatione, aliud vnum subiecto, aliud vnum numero, & vnum numero aliquando est continuatione, aliquando perfectione, aliquando propter speciem suam, aliquando propter suam essentiam. Auic. metaph. tract. 3. cap. 2. char. 78. col. 2.

Vnum specie est vnum differentia, constat quod quicquid est vnum genere multa est specie, vnum autem specie est aliquando multa numero, aliquando non. Auic. metaph. tract. 3. cap. 2. char. 78. col. 2.

Vnum genere aliquando est propinquo genere, aliquando remoto, & sic de specie. Auic. metaphysic. tract. 3. cap. 2. char. 78. col. 2.

Vnum secundum accidens est, cum de aliquo cui adiunctum est aliud dicitur, quod ipsum est alterum, & dicitur quod vtraque sunt vnum, & hoc est, vel subiectum, vel prædicatum accidentale, vt cum dicimus Petrus, & filius Ioannis sunt vnum, vel sunt duo prædicata de vno subiecto, vt cum dicimus philosophus, & filius Ioannis sunt vnũ, vel sunt duo subiecta vnus prædicati, vt cum dicimus quod nix, & gisum sunt vnum in albedine, eo quod accidit prædicari de vtrisque vnum accidens. Auic. metaphysic. tract. 3. cap. 2. char. 78. col. 2.

Vnum verum est id in quo est multitudo in potentia tantum, post hoc est aliud vnum in quo est multitudo in effectu. Auic. metaph. tract. 3. cap. 2. char. 78. col. 2.

Vnum continuale dignior est aggregati in illo enim non est multitudo in effectu, in aggregati vero est multitudo in effectu. Auic. metaphysic. tract. 3. capit. 2. char. 78. col. 3.

Voluntatem liberam amittit qui aliquid extra voluntatem suam liberam magnificat, extra eam sunt non modo imperia, sed etiam vita priuata, & non solum occupatio, sed & otium, sed vtendum vnaquaque re, vt oportet, & appetitum e rebus externis tollendum, & adeo sola quæ sui arbitrij sunt, omnis voluntas applicanda. Arr. Epiet. lib. 4. cap. 4. char. 198.

Voluntarium interdum cum inuito miscetur, cum res expetenda non plane expetenda est, sed eius particeps quod auersetur. Simp. in Epiet. char. 23.

Voluntatis rami sunt irascibilis, & concupiscibilis, quæ vult delectabile, & vtile ad acquirendum irascibilis autem vult vincere, & repellere nocuum. Auic. de anima, par. 4. cap. 4. char. 20. col. 2.

Voluntas non est desiderium, quia voluntas aliquando roboratur, desiderio autem non accidit motus aliquo modo, vt imaginatio firma est, nec tamen aptatur quod imaginatur. Auic. de anima, parte 4. capit. 4. char. 20. col. 2.

Voluntas ex concupiscentia vult delectationem, ex virtute affectandi desiderium extra intentionem ad victoriam. Auic. de anima, par. 4. cap. 4. ch. 20. col. 2.

Voluptatis alicuius si imaginem animo conceperis moderare tibi, ne ab ea mouearis, sed rem examina, & tibi ipsi deliberandi præbe spatium, deinde vtriusque temporis memento, tum eius quo voluptate perfueris, tum eius, quo percepta voluptate doleris, teque ipse obiurgabis, & his illa confer, si abstineris fore, vt gaudeas, & te ipsum collaudes, quod si tibi suscipiendæ rei videbitur esse tempus, eam ne te vincant eius blanditiæ, & suauitates, sed illud oppone, quanto præstantior sit talis victoria conscientia. Epiet. char. 190.

Voluptates quæque rarissime maxime delectant, sed si quis excesserit modum, suauissima quæque fiunt molestissima. Epiet. sent. char. 230.

Voluptas omnis naturaliter dependet ab aliquo actu, non ipsa per se subsistit, sed rebus adiuncta est, ideo viles, & vitiosos actus malæ sequuntur voluptates meliores vero virtutes imitantur. Hieroc. char. 111.

Voluptates, & calamitates in medio sitæ sunt, ex quibus qui, vnde, quando, & quantum oportet, acquirit, felix est qui vero harum rerum mensuram ignorat insoelix. Hieroc. char. 112.

Voluptatem, qui cum turpitudine eligit, quamuis parumper ob illud dulce lætatur, tamen propter turpitudinem ad molestant poenitentiam venit, at qui virtutem alijs rebus præponit, & si propter inconsuetudinem aliquid patitur, tamen coniunctio boni minuit laborem, & tandem a virtute puram voluptatem colligit. Hieroc. char. 113.

Voluptas discedit ab homine, qui ob voluptatem aliquid turpe facit, turpitudine manet. Hieroc. char. 113.

Voluptas corporis in sensu est, nam quod sensu caret voluptatem non sentit. Simp. in Epiet. char. 190.

Voluptas corporis non est estimanda, cum post factum nihil interest inter eum, qui percepit, & inter eum qui non percepit, excepta cogitatione suauitates, quod declarat memoria eorum, quibus in somnijs fruimur, quæ obscurum habent voluptatis vestigium. Simpl. in Epiet. char. 191.

Vox reperitur in omni animali, quod habet arteriam, & pulmonem, & non dat vocem nisi animal quod respirat. Auic. de animalib. lib. 4. cap. 2. char. 33. col. 2.

Vocis grauitas fit propter fortitudinem emittentis, & aliquando propter debilitatem, vt in vitulis, & vacis voces sunt grauioribus, quam taurorum. Auic. de animalib. lib. 19. cap. 1. char. 62. col. 2.

Vrbium ornamenta, sunt eques mansueti, & iusti. Epiet. sentent. char. 225.

Vrina quadrupedum est spissior, quam hominis. Auic. de animalib. lib. 7. cap. 1. char. 36. col. 1.

Vrsam Dauniam, quæ feritate horribilis erat, quæ cum omnia arua, & pecora vastaret ad se Pythagoras vocauit, & manu blanda permulfit, domique pane, & pomis aluit, nec multo post eam adiurauit, vt de cætero animalibus abstineret, illa abiens in solitis syluis diuerfare de cætero animalibus abstinuit. Lil. Greg. Gyr. in Pythag. symb. char. 177.

Vtile in se est occasio coniuncta, quæ per se ducit ad bonum. Auic. metaph. tract. 1. cap. 3. char. 71. col. 2.

Vtilitas est intentio, quæ per se ducit a malo ad bonum. Auic. metaph. tract. 1. cap. 3. char. 7. col. 2.

Vtile omne naturaliter delectat quantum ad eum, cui prodest. Auic. de anima, par. 5. cap. 1. char. 22. col. 3.

Vxor adolescenti non est ducenda, quia nondum venit tempus, at ingrauescente ætate non, quia iam præterijt tempus. Thaletis problem. char. 235.

Vxor non est ducenda propter opes, idest non ad inanem mundi gloriam inspectandum. Lil. Greg. Gyr. in Pythagoræ symbola. char. 161.

Y

YLE est apta ad quodlibet, & per se, in se, & respectu sui est in potentia. Auic. metaph. tract. 2. cap. 2. char. 76. col. 1.

Z

ZIRBVS est compositus ex duabus telis subtilibus, & seposis, & cooperit stomachum, & intestina, & splen, & venas mēsericas, & inuoluit stomachum inuolutione, quæ prouenit ad illud, quod coniungitur de eo cum dorso. Auic. de animalib. lib. 13. cap. 5. char. 52. col. 2.

Finis Appendix.

